


7538
TRACTATIONIS SYNOPTICÆ ^{1807,14} XXIV.
PROCESSUS
JURIS COMMUNIS
ET IN PRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS
DISPUTATIO OCTAVA,
Q V A M
I N D U L T U
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN
ACADEMIA LIPSIENSIS
SUB PRÆSIDIO
Dn. D. LÜDERI MENCKENII,
PROF. INSTITUT. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ PRO-
VINC. ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,
NEC NON ACADEMIÆ h. t. RECTORIS,
PATRONI ATQUE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONO-
RIS CULTU ÆTATEM DEVENERANDI,
IN AUDITORIO JCTORUM
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTE T
JOHANNES CHRISTOPH. Föher/
Lipſ.

AD D. XIV. JUL. A. M DCC VII.

L I P S I A E.
Typis IMMANUELIS TITII.

M. Föher.

TRAGOMAUS
PROGRESSUS
JURIS COMMUNIS
SIVE IN PRACTICIS
ACADEMIA LIBERIENSIS
D. LUDV. M. MINCKEINII
PROFESSORIS TITULI ET SURNOME TRIBU
ANNO 1614
IN ACADEMIA LIBERIENSIS
TYPIS IOACHIMIUS EXUMINI
COTONI
IN ACADEMIA LIBERIENSIS
JOHANNES CHR. STÖPH. BIBLIA
ED. O. Z. V. M. 1600
TYPIS IAC. COTONI



B. C. D.

ORDIN. PROC. SAX. ELECT.

TIT. XIV.

Von der Litis Denunciation , oder An- kündigung des Kriegs.



Ost Jura Exceptionum explicata ad incidentem sàpè in Judiciis Litis Denunciationem & Interventionem pergamus , quarum illa Tit. XIV. hæc Tit. XV. tractatur.

I. Est autem *Litis Denunciatio* Actus judicialis , quo is , cui *Litis Denunciationis* evictio imminet , auctori suo periculum evictionis indicat , ut sibi in Judicio convento assistat & evictionem impedit , evictione , subsecuta autem indemnitatem præstet . l.8. l.9. l.17. l.23. C.d. evi-
cation. Dum verò Actibus judicialibus hanc denunciationem ac-
censimus extrajudicialiter controversiam motam denunciari posse haud negamus , saltem indicatum cupientes effectum obli-
gationis , ex denunciatione judiciali dependentem , eidem tribui non posse . a.l. 49. §. 1. ff. d. judic. nam sola litis scientia hoc modo quæsita ad defendantum haud obstringit . a.l.17. §. 1. ff. ad L. Jul. d. adult. l.55. §. 1. ff. d. evict. l.8. l.9. C. cod. O. P. S. T. 14. §. 1. BARTOL. ad d. l.17. §. 1. n. 2. FRANZK. ad π. t. d. evict. n. 600. unde extrajudi-
cialem , s. oretenus s. scripto , suscep tam Denunciationem , judicia-

*extra judicium fieri non
potest hec denunciatio
regulariter.*

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

lis virtutem non habere, fac. l. 15. ff. remrat. bab. pronunciatum apud CARPZ. Dec. 217. n. 20. verb. item gebührlichen denunciret und ihn gerichtlich dazu citizen lassen/nisi aliud pacto speciali actum sit, videlicet, quando auctor promisit, se, etiam extrajudiciali tantum denunciatione facta, defensionem emtoris esse suscepturum: quoniam enim conventione ipsa litis denunciationis necessitas remitti potest. l. 63. ff. d. evict. FRANZK. ad π. t. d. evict. num. 674. MASCARD. d. Probat. concl. 616. n. 19. multò magis conservabitur pactum, quo auctor se extrajudicali denunciatione contentum fore promisit. a. l. 23. ff. d. R. F. l. 21. ff. eod. DN. RIVIN. ad O. P. S. b. t. en. 8. ubi, remissa denunciatione judiciali, extrajudicali tamen facta, vi promissionis, liti assistere poterit auctor. BRUNNEM. ad d. l. 63. ff. d. evict. n. 1. BALD. ad l. 1. C. d. peric. & comm. rei vend. n. 10.

Divid. Lit. Denunc. in
Necessariam.

& Voluntariam.

illius exempla.

Litis Denunc. obtinet
in caus. onerosis.

Atque ex eo consequitur, dividi posse *Litis denunciationem in Necesariam*, quae auctori, ad evictionem praestandam obligato, ex iuri necessitate. l. 53. §. 1. ff. l. 8. C. d. evict. & *Voluntariam*, quae auctori ad evictionem obstricto, ex libera voluntate, fit. Quoties enim denunciandi necessitas lege aut conventione remissa est, nihilominus tamen denunciatio peragitur, voluntaria dici meretur. a. l. 63. ff. d. evict. l. 11. §. 12. ff. d. act. emt. j. l. 8. §. 7. l. 29. ff. mand. DN. SWENDEN. ad Fib. Proc. p. 406. MEV. P. 2. Dec. 289. n. 6. seq. conf. ANT. GOMEZ. Var. Ref. tom. 2. c. 2. n. 39. veluti si notorium sit jus evincentis. d. l. 11. §. 12. ff. d. act. emt. aut aucturus ad evictionem praestandam justitiam causae evincentis probare velit. d. l. a. l. 33. ff. d. ber. inf. Magd. P. D. c. 24. §. 5. MEV. P. 8. dec. 466. num. 1. seq. CARPZ. P. 1. C. El. 3. d. 24. UMM. ad Proc. Disp. II. n. 21. Diff. DECRIUS Confil. 74. inf.

II. Opus est Litis Denunciatione in iis Negotiis, in quibus auctor ad evictionem deprehenditur obligatus, quales sunt causae onerosae, ubi rei jurisve ita sit acquisitio, ut eo nomine vicissim quid praestetur. a. l. un. C. d. impon. lucrat. descript. v. g. in emtione venditione. l. 6. C. d. evict. O. P. S. b. t. §. 1. datione in solutum. l. 4. C. eod. permutatione. l. 1. l. 2. C. d. rer. perm. divisione. l. 10. §. f. ff. comm.

DISP. VIII. TIT. XIV. Von der Litis DENUNCIATION. &c.

ff. comm. div. I. 66. §. f. ff. d. evict. sed causæ lucrativæ regulariter auctorem ad evictionem haud devincunt. a. l. 18. §. f. ff. d. Donat. l. 2. C. d. evict. l. 62. ff. d. adit. edit. CHRISTIN. V. 4 Dec. 183. n. 17. seq.
 VOET. ad π. t. d. eviction. §. 13. VENN. S. Q. l. 2. c. 8. quod si verò olim stipulatione. l. 2. C. d. evict. hodiè etiam pacto obligationis constitutivo, aliud cautum sit. VENN. d. l. verb. quid. conf. UMM. ad Proc. Disp. II. n. 26. aut donatio ob causam præteritam: ut remuneratoria. l. 27. l. 34. ff. d. donat. l. 10. §. f. ff. mand. vel futuram, veluti sub modo, liberalitatis compensationem continent. a. l. 1. C. d. donat. que sub mod. facta. CARPZ. P. 2. C. El. 34. d. 24. ANT. FAB. in C. l. 8. t. 36. d. 3. n. 8. seq. aut dolosè à donatore suscepta fuerit, secus est l. 18. §. f. ff. d. donat. hoc enim casu donatarius id, quod eo nomine abest, consequetur actione de dolo. d. l. UMM. d. l. Præterea extendenda non est evictio ad facta illicita, licet à parte Judici facta sit indemnitas promissio. a. l. n. §. 3. 4. ff. d. injur. j. §. 7. l. mand. DN. RIV. ad O. P. S. b. t. enunc. 6. BERL. P. 1. Concl. 24. n. 77. PHIL. ad O. P. S. b. t. confid. 2. n. 1. DN. SWEND. ad Fib. Proc. p. 433. conf. BERL. Dec. 75. ita, cum judex imploratus in possessione libertatis turbasset possessorem, & pars eidem dedisset einen schadlosen Schein/ pron. S. C. P. L. Term. Rem. A. 98. neque locum habet evictio in summarissimo Possessorio, quatenus possessor de facto turbatur: nam haec injuria imputari nequit possessionem transferenti, dolo & culpa carenti, qui ad præstationem damni, ex delicto alterius futuro descendantis, se obstrinxisse non creditur. a. l. f. C. d. act. emt. l. 51. ff. d. evict. j. l. 66. ff. solut. matrim. FRANZK. ad π. t. d. eviction. n. 783. 784. DN. BERG. Elec. Process. Possessor. th. 37. ceu pron. Fac. Jur. Lips. Mens. Febr. 705. pariter non præstanda venit evictio in novo onere à Principe ex post facto, crita transferentis culpam, imposito. a. l. 11. ff. d. evict. l. f. C. d. act. emt. j. l. 33. ff. locat. BERL. Dec. 130. CARPZ. l. 5. Rep. 46 FRANZK. ad π. t. d. evict. n. 770. seq. DN. STRYCK. d. Caut. contr. sect. 2. c. 8. §. 40. proinde, propter onus der Vermögen-Steuer/ emtis, cum Domini directi consensu, agris feudalibus injunctum, venditorem ad evictionem

non lucratibus.

except.

non factis illicitis.

non in summariss. Possessorio.

non in nobo onere à Principe imposito.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

haud teneri, resp. Fac. Jur. Lips. Mens. Octobr. 705. eademque locatorem conductori, ob novas fructuum accisias, ad indennitatem non obligari, resp. Menz Febr. d. A.

III. Nunc Litis Denunciationem spectari conveniet eo Ordine, ut (1) quando, (2) cui, (3) quomodo, (4) quo cum effectu, eadem fiat, expendamus. Ratione Temporis litem mota Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 408. n. 208. peti potest litis denunciatione ante & post litem contestatam. O.P. S. T. XIV. §. die weil. I. id quod cum Jure Civili conspirat, ubi permittitur litis denunciatione quovis tempore, modò integra adhuc sit defensio. Leg. 29. §. f. ff. d. evict. CARPZ. Proc. t. 4. a. 3. n. 16. seq. id. P. I. C. El. 3. d. 29.

exc. in legato generis cum species aliena est conf. ZANG. d. Except. Part. 2. c. 2. n. 6. seq. at singulare quid est tradita, ubi ante litis in legato generis, quando species aliena legatario soluta est: contestationem facienda denunciatio. tum enim, priusquam judicium accipiatur, id denunciari debet hæredi. I. 29. §. 3. ff. d. leg. 3. j. l. 1. ff. d. edend. ad quem omne periculum ex hac traditione speciei alienæ resultans plenissimè pertinet, quia illi obligatio ad dandam rem propriam incubuit. a. d. l. j. l. 45. §. 1. ff. d. leg. 1. BACHOV. ad Treutl. V. 2. disp. 2. tb. 7. lit. a. verb. illud. FRANZK. ad π. t. d. evict. n. 703. MÜLLER. ad Struv. S. J. C. Ex. 27. tb. 28. lit. n. neque enim probabilis est conjectura PETRI de TOULLIEU, J. Ct. qui in Dissert. sua ad l. 69. ff. prof. c. 8. §. 3. La-beonem in d. l. 29. de necessitate, non tempore, denunciationis egisse censem, cum aliud expressa legis verba, tam necessitatem, quam tempus denunciationis definitia, velint. Itaque injuncta jam probatione, non inanis est litis denunciatione, cum possit futura probatio per auctorem instrui. a. l. 29. §. f. ff. d. evict. Dn. RIV. ad O. P. S. b. t. enunc. II. neque publicata sententiæ, quamvis definitiva, cessabit utilitas denunciationis, si quid defensionis sit residuum, quod denunciandi proficiat. d. l. ut puta, cum

etiam quandoque sententia definitiva per Leut. vel Appellat. suspensa, ff. d. transact. l. 4. C. d. temp. & repar. appellat. PHILIP. ad O. P. S. b. t. confid. I. Dn. RIV. d. l. conf. ZIEGL. ad O. P. S. b. t. verb. vor oder nach. Diff. NICOL. Proc. Jud. c. 24. n. 4. monitum itaque Doctorum,

etiam quandoque sen-tentia definitiva per Leut. vel Appellat. sus-pensa,

DISP. VIII. TIT. XIV. Von der LITIS DENUNCIATION &c.

rum, qui post publicationem attestatorum deficere jus item denunciandi censem-BERL. P. I. Concl. 24. n. 80. CARPZ. Proc. t. 4. art. 3. n. 20. seq. sic est temperandum, ut in dubio non plane de- negetur litis denunciatio, si quod defendendi medium proba- biliter superstet, vel ex conditione litigantium. v. g. qui adversus omissam denunciationem vel exceptionem restitui possunt. a. I. 7. t. II. ff. d. transact. t. I. C. d. jur. & fact. ignor. vel ex probandi modo, quoniam exceptiones in continentia liquidæ, etiam post rem judicatam, admittuntur. Dec. El. 2. 12. & per documenta, ali- ave ratione, in Appellationis instantia sæpe plenius deducitur veritas. CARPZ. P. I. C. El. 21. d. 5. j. id. I. 3. Rep. 19. n. 4. seq. interim, præcipue apud Saxones, ubi testes super iisdem aut directò contrariis articulis producere non permittitur. P. I. C. El. 21. ob metum subornationis testimoniū. Clem. f. d. testib. tam sero facta li- tis denunciatio haud raro inanis est, siquidem exceptiones per- emtoriæ litis contestationi sunt annexenda & postea legitimè deducenda. O. P. S. I. II. §. was aber. 6. vid. Disp. nostra Proc. VII. ad d. T. XI. §. 14. seq. toties igitur auctor, quoties exceptiones suas, propter intempestive factam denunciationem, periisse, osten- dit, periculum evicti, juxta earundem naturam, declinabit. a. I. 29. §. f. ff. d. evict. UMM. ad Proc. Disp. II. n. 29. FRANZK. π. t. d. evict. n. 705. seq.

IV. Proinde admodum salutare est, litiis denunciationem ab initio suscipi, cum exceptiones reo profuturae, tam dilato- riæ quam peremtoriæ, & hæ, tanquam litis ingressum impedi- entes, item ut annexæ litis contestationi, liberrimè usurpari probarique possunt, quem in finem utiliter *cautum est in O. P. S. Tit. XIV. §. die weil. I. in f. quod potenti reo in Termino primo, eo nomine conceditur ante litis contestationem, causa dilatio usque ad Terminum proximum indulgenda eidemque simul in eodem litis contesta- tio injungenda sit. d. §. Quamvis autem reum hoc casu, propter omissam eventualem litis contestationem, in expensas con- dem-*

attamen denunciatio
effectu excedit, quando
ob eam intempestivè fa-
ctam perierunt excepti-
ones.

Salutare est ab initio li-
tis fieri denunciatio-
nem.

ubi in primo Termino
conceditur
dilatio.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

*etiam, omisſa litis con-
teſtatione eſtentiali, quandoque ſine expen-
ſis.*

demnari aſſerat. *a. O. P. S. T. II. §. alle. j. I. 8. ff. d. publ. in rem act.*
*I. I. §. I. ff. d. legat. praſt. BERL. P. I. Concl. 24. n. 81. j. CARPZ. I. 3.
*Reſp. 19. n. 7. benigniori tamen ſententiæ quodammodo O. P. S.
 b. t. §. I. & fori uſus favet, condemnationem in expenſas, pro re
 nata, prætermittendo. Dn. RIV. ad O. P. S. t. 14. en. 12. videlicet, ſi
 reuſ justam habeat cauſam ambigendi, quomodo item conteſtari & quas exceptiones litiſ conteſtationi annectere expediat,
 adeoque citra temeritatem litiſ conteſtationem diſferat, maxi-
 mè cum denunciationem citius commode peragere haut potu-
 it. Itaque iudex æquo, hoc in caſu, arbitrio utetur, nec pro-
 miſcuè reuſ in expenſas condemnabit. conf. Dn. BERG. ad O.
 P. S. b. t. not. 2.**

Litiſ denunciatio faci-
 enda Auctori (1) Proxi-
 mo.

*nisi aduersus ulterio-
 rem ceſſa sit aſio.*

(2) quamvis item mo-
 tam ſciat.

*quod, cum cauſam ſpon-
 te defendit, ſecus eſt.*

(3) auctoriſ heredibus
 omnibus, quorum indi-
 bidua eſt deſenſionis
 cauſa, non preſtaſio ebi-
 tionis.

V. Litiſ denunciatio facienda Auctori & quidem (1) Pro-
 ximo, respectu denunciatiis: eum enim item denunciants, si-
 ve ſit reuſ ſive auctor, (e. g. in exactione nominis ceſſi. *a. I. 4. ff. d.*
hered vel act. vend.) obligatum habet, non remotorem, regu-
 lariter; quodſi autem proximum auctorem obſtrictum tenens
 ſibi contra ulteriorem cedi actionem curet, ſecus eſt. *I. 59. ff. d.*
evict. atque hoc in primis, cum ſolvendo non eſt proximus, fi-
 eri expedit. Dn. RIV. ad O. P. S. b. t. enunc. 2. (2) licet Auctor item
 motam eſſe ſciat, & praefens ſit. *a. I. 55. §. I. ff. d. evict.* ſed quando
 auctor ſponte ſua liſ in judicio aſſiſtit, ratio denunciationis, adeoque etiam ipſa denunciatio, ceſſat. *a. I. 25. ff. d. R. V. I. I. §. f.*
ff. d. act. emt. CARPZ. I. 3. Reſp. 16. n. 6. seq. FRANZK. ad π. t. d. evict.
n. 682. (3) poſt mortem auctoriſ ejusdem heredibus. *I. 51. §. I. ff.*
d. eviction. I. 8. C. eod. omnibus, aliàs denunciants aduersus eos,
quiibus item haud denunciavit, non habet regreſſum. BRUN-
NEM. ad I. 62. §. 2. d. evict. n. 1. atque hi denunciantem omnes de-
 fendere debent. *I. 62. §. I. ff. eod. ob individuam, qua rem ha-
 bere licere praefandum, obligationem. I. 3. I. 4. §. f. I. 139. ff. d.*
*V. O. & ſi unus in ſolidum defenderit, omnibus id prodeſt vel
 nocet. I. 62. §. I. ff. d. evict.* quamvis ſinguli tantum, pro parte
 hereditaria, ad indemnitatē evictionis nomine obligentur.

I. 139.

DISP. VIII. TIT. XIV. Van der Litis DENUNCIATION. &c.

1. 139. ff. d. V. O. FRANZK. t. d. evict. n. 574. contra emtoris heredes at emtoris heredes pro
pro sua tantum parte ad evictionem agunt. l. 4. §. 2. ff. d. V. O. I. sua parte tantum ad
evictionem agunt.
2. C. d. hered. act. id. n. 578. BRUNNEM. ad l. 62. §. 1. ff. evict. n. 2.

VI. Modum Litis Denunciationis si spectemus, suscipi- Litis Denunc. r. modi
tur ea vel Incidenter, vel Principaliter & separato Procesu,
scilicet peculiari Libello exhibito, cuius formula vid. apud Dn.
SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 219. p. 428. seq. id quod regulariter non
tam Jure Civili, ubi re evicta demum agi potest. a. l. 3. C. d. evict.
j. l. 30. §. 1. ff. d. act. emt. l. 12. l. 24. C. d. evict. quam obseruantiae
fori nostri convenit. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. obs. l. not. 6. j. Dn.
RIV. ad d. t. en. 16. FRANZK. ad π. t. d. evict. n. 606. seq. GOMEZ.
Var. Ref. l. 2. Ref. 2. n. 30. & præcipue, cum causa evictionis diffi-
culty singulari laborat, attenditur, atque tum non secus, at-
que alias, in causa proceditur, hinc in S. C. P. L. Term. Luc.
A. 1698. in contumaciam definitive pron. in C. W. C. V. v. T.
H. T. v. W. in V. A. L. v. W. Auf Klage ic. im übrigen wird litis
denunciat pro confessio & convicto billig gehalten. derowegen er
ermeldeten Bell. Principalen gegen Kl. dießfalls zu vertreten schuldig.
Incidenter & conjunctim lis denunciatur, quando pen-
dente judicio principali accessoriè litis denunciatio sit l. 49 ff.
a. judic. vid. form. Nic. Proc. Jud. c. 24. n. 6. ubi non sufficit, in po-
sitionibus denunciationem fecisse, verum denuncians curare
debet, ut litis denunciatus ad proximum terminum citetur ei-
demque copia libelli & eorum, que in judicio proposita sunt
a partibus, (nisi acta jam penes se habeat. CARPZ. Dec 211. n. 24.)
plenaria informatio transmittatur. O. P. S. b. T. §. 1. non enim
tantum ipse omnino certus de lite mota fieri, sed etiam ad ean-
dem preparari debet, quod denuncianti assistere queat, unde spe-
cialiem hujusmodi denunciationem, sumtibus denunciantis fa-
ciendam, Jure quoque Communi, esse necessariam haud ma-
le denfenditur. a. clem. causam 3. d. elect. a. l. 8. l. 23. C. d. evict.
l. 1. C. d. peric. & comm. rei vend. j. l. 1. ff. d. edend. FACHIN. Con-
tr. l. 2. c. 35. BERL. P. I. Concl. 24. n. 82. CARPZ. Proc. t. 4. art. 3. n. 22.

B

NICOL.

atque tum ea speciali-
ter libello atque com-
municatis facienda est
j. Sax. El. & Commune.

NICOL. Proc. Judic. c. 24. n. 7. Disf. ANT. GOMEZ. l. 2. Res. 2. n. 39.
 alias objici potest à denunciato copiarum non communicatarum exceptio. Dn. Riv. d. Except. c. 13. n. 4. licet adeo non sit onecum super lit. Denunciatio pronunciatum, denunciants ultiorem citationem procurare non tenetur. idem impensas denunciationis inter expensas litis recuperat.

Contumacia ejus, cui facta est litis denuncia-
 tio, hujus effectum non impedit.

neque eximit denunci-
 antem à necessitate ul-
 terius procedendi.

Auctor non cogitur pre-
 cisè affistere denuncia-
 ti, sed liberatur soluto
 interessu.

randus denunciants, ut, posteaquam super litis denunciatione la-
 ta est sententia, ulteriores denunciati citationes impetrare te-
 neatur. a. d. l. 8. l. 23. Cons. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. obs. 2. not. 1.
 idemque impensas in denunciationem factas, causa finita, eo
 casu, quo expensas denunciatus refundere jubetur, ab eo, cui
 facta est litis denunciatio, recuperet. a. l. 17. C. d. evict. CARPZ.
 l. 3. Resp. 19. n. 14. NICOL. Proc. Jud. c. 24. n. 7.

VII. Post litis denunciationem si is, cui facta est, in
 termino haud compareat, ea nihilominus suum sortitur effec-
 tum habetque denunciants adversus illum, cui fecit denuncia-
 tionem, regressum. O. P. S. b. t. §. wenn aber. II. a. l. 8. C. d. evict.
 atque hoc ipso postulante, in sententia ita solet exprimi: weil M.
 W. lis denunciret hat es dabey sein bewenden. Dn. Riv. ad O. P. S.
 b. t. enunc. 14. ZIEGL. add. O. b. t. verb. erscheinen. id quod im-
 pedimento non est, quo minus victoria litis denunciantis etiam
 denunciato profit. a. c. 25. X. d. sent. & re jud. l. 63. ff. d. rejudic.
 CARPZ. Dec. 254. n. 16. eumque simul ab expensarum restitutio-
 ne liberet: quamvis in illas, qui evictionem intendit, non sit
 condemnatus, neque enim calumnia aliena denunciato debet
 esse noxia. a. l. 18. C. d. evict. j. l. 51. ff. eod. l. 1. C. d. peric. & comm.
 rec vend. FRANZK. ad π. t. d. eviction. n. 929. UMM. ad Proc. Disp. II.
 n. 35. Disf. FACHIN. contr. l. 2. c. 39. Interim licet contumax sit is,
 cui denunciatio facta est, denunciants in Termino post eam
 prefijo in causa ulterius procedere tenetur. O. P. S. b. t. §. wenn
 aber. II. ac proinde pro re nata item contestari, &c. compellitur.
 Berl. P. l. Concl. 24. n. 88.

VIII. Obligat Litis denunciatio eum, cui facta est, ad affi-
 stendum liti. l. 23. C. d. evict. l. 49. ff. d. jud. c. f. X. d. emt. vend. quæ
 obligatio jus cogendi invitum precisè ad defendantum denun-
 ciantem non continet, quia ad faciendum tendit; at in facien-
 di

DISP. VIII. TIT. XIV. Von der LITIS DENUNCIACTION. &c.

di obligationibus debitor liberatur soluto eo, quod interest. a. l. 72. ff. d. V. O. l. 13. §. 1. ff. d. re jud. id quod etiam ad defensiones auctorum, facta litis denunciatione, pertinet. a. l. 45. ff. d. procur. O. P. S. b. t. §. würde. III. verb. wollen ic. freygelassen. ZANG. d. Except. P. 2. c. 2. n. 4. FRANZK. ad π. d. eviction. n. 631. BERL. P. t. concl. 24. n. 99. HART. PIST. Obs. 228. n. 18. seq. ZAS. ad l. stipulations non dividuntur. 72. ff. d. V. O. n. 38. p. m. 632. Disp. CARPZ. P. t. C. El. 34. d. 40. nisi forte denunciatus expressis verbis hanc defensionem promiserit, tum enim arctissimè ex conventione sua obstringitur. a. l. 35. §. 3. ff. d. procur. l. 21. §. 2. ff. d. act. emt. Dn. RIV. ad O. P. S. b. t. enunc. 15. Quodsi autem denunciatus assistere denuncianti velit, ejus forum sequi tenetur, licet (1) gaudeat fori privilegio. e. g. Clericus: nam causæ principali h. l. saltem accedit, & denuncians in lite perseverat. l. i. C. ubi in rem act. O. P. S. b. t. §. würde. III. l. 49. ff. d. judic. SAND. l. i. t. i. d. 5. CARPZ. P. 2. C. 34. d. 40. (2) fisco facta sit litis denunciatio. a. d. l. 49. d. l. i. BERL. P. t. Concl. 24. n. 97. COVARR. Pract. quest. c. 8. §. 3. MYNS. cont. 1. O. 22. n. 7. Disp. PEREGRIN. d. Jur. Fisc. l. 7. t. i. n. 11. vel Ecclesiæ. a. c. 6. X. d. donat. int. Vir. & ux. UMM. ad Proc. Disp. II. n. secus est, quando auctor 32. interim non prohibetur auctor exceptione suspecti judicis, ex habet exc. suspect. ju- sua persona, uti. a. l. 17. ff. l. 16. C. d. Judic. ANT. FAB. in C. l. 3 t. i. d. 37. BERL. P. t. Concl. 24. n. 98. conf. MATT. d. AFFLICT. dec. 15. aut ad suum forum provocare, quando cum denunciante sic con- ventum est. a. l. 23. ff. d. R. J. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 209. p. m. 409. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 2. not. 4.

nisi precist ad defen-
dendum se obligaverit.

Denunciatus defendere
tenetur in foro denun-
ciantis.

secus est, quando auctor
suspect. ju-
dic.

aut cum eo aliter con-
venit.

IX. Auctori factalitis denunciatione is denuncianti assistere vel auctor denuncianti assi-
stere siel defensorio no-
mine comparere debet.
vice denunciantis defensorio s. procuratorio nomine causam per-
gere potest. O. P. S. T. XIV. §. würde. III. l. 66. §. 2. ff. eviction. ita
ut nihilominus, qui fecit denunciationem, in lite perseveret & propter-
ca sententia, que subsequitur adversus eum suscipiatur executio. d. §. denunciante ex lite non
dimisso.
III. l. i. C. ubi in rem actio. in causa principali & ejus accessionibus,
B. 2. vel-

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

nisi aduersarius quoque
in denunciati delegatione
concentiat.

Auctoris Nominatio
describitur.

Dissent à litis denuncia-
tione.
ratione (1.) finis.

(2.) Subiecti.

(3.) Objecti.

veluti expensis. a.d.l. l.49. ff. d. judic. j. c.42. d.R. J. in 6. BOER. dec. 75. CARPZ l. 3. Resp. 20. num. 18. quamvis auctor solvendo sit. Id. d.l. at denuncians penitus è lite dimitti nequit. d. §. III. nisi hic, cui facta litis denunciatio, & adversarius denunciantis, in delegationem, qualis in denunciatum transfertur, consenserit: tum enim denunciatus in obligationem denunciantis iis, quorum interest, volentibus succedit. a.l. 8. C. d. novat. j. l.3. §. 11. ff. d. pecul. cuius intentionis promovenda gratia pacientes haud raro specialiter in conventionibus exprimunt, quod auctor, post denunciationem, litem suscipere & ad finem perducere debeat, es verspricht der verkäufer daß er nach befehener Litis Denunciation, den Proces, ohne Denunciantens zuthun / ausführen wolle. CARPZ. d. l. n. 19 seq. MARTIN. ad O.P. S. h. t. §. würde. 3. n. 18. seq.

X. Ab ista litis denunciatione diversa est Auctoris Nominatio, atque haec describi potest, quod sit actus, quo reus, actione reali conventus, ob rem alieno nomine possessam, ante litem contestaram, dominum, seu auctorem suum, in judicio indicat, simul que se ex lite dimitti & in posterum cum Domino vel auctore suo agi postulat. Leg. 2. C. ubi in rem act. c. f. §. f. X. ut lit. non contes. O. P. S. T. XI. §. würde. III. Formula Nominationis vid. ap. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 218. p. 427. Unde haud difficulter colliges principias à litis denunciatione diversitates, ratione (1.) Finis, nam denunciatio fit, ut auctor denuncianti assistat, & subsecuta evictione, indemnitudinem praestet. l. 3. l. 8. l. 23. C. d. evict. at nominatio auctoris, ut nominans ex lite dimittatur. l. 2. C. ubi in rem act. etiam absque expensarum refusione. O. P. S. T. XIV. §. III. in f. DN. RIV. ad O. P. S. h. t. en. 21. (2.) Subiecti, persona enim litem denuncians suo nomine convenitur. l. 1. C. ubi in rem act. sed auctorem nominans alieno nomine rem tenet: ut Commodatarius, depositarius, conductor, precarium accipiens. d. l. 2. MEV. P. 6. Dec. 375. LAUTERB. Difser. de Nominat. tb. 7. (3.) Objecti, siquidem denunciatio obtinet in actionibus realibus & personalibus. l. 1. C. ubi in rem act. l. 23. C. d. evict. l. 9. ff. locat. Verum auctoris nominatio in realibus aut mixtis. d. l.

Disp. VIII. Tit. XIV. Von der Litis DENUNCIATION. &c.

d. l. 2. e. g. hereditatis petitione. a. l. 45. ff. d. bær. pet. j. l. 7. C. eod.
UIMM. ad Proc. Disp. II. n. 40. BERL. P. I. Concl. 24. n. 120. seq. Itaque
eum, qui ex delicto turbationis actione personali conveniebatur,
litis se, nominando auctorem, eximere non posse pron. F. J. L.
Mens. Jul. A. 703. (4.) Temporis suscipitur litis Denunciatio ante
& post litem contestatam. l. 29. §. f. ff. d. evict. auctoris nominatio et
iam in scriptis ante terminum, minimum antequam fiat litis con-
testatio. d. l. 2. c. f. §. f. X. & lit. non contest. j. l. 25. ff. d. R. V. id
quod non praeceps ad primum terminum est restringendum. a. d.
l. 25. Per-Illustr. DN. JAC. BORN. Disp. 2. ad Univers. Jus Judiciar. tb.
4. lit. b. ubi prej. MENOCH. d. A. J. Q. l. 2. cas. 476. n. 6. seq. Diff.
BRUNNEM. Proc. Civ. c. II. n. 3. (5.) Modi denunciatur lis cum trans-
missione libelli & auctorum. vid. §. 6. supra, nominatur autem auctor
per solam veri possessoris & domini expressionem, quo contra eum
Actio moveatur. d. l. 2. O. P. S. b. t. §. f. ubi plerumque pro nomi-
nante nominatus saltem in libello substituitur. UMM. ad Proc. Disp.
II. n. 43. nihilominus usufructarius, proprietarium nominando,
intuitu usufructus liti se eximere non potest. DN. SWEND. ad Fib.
Proc. c. 2. n. 216. p. 421. DN. RIV. ad O. P. S. b. t. enunc. 22. Quod si
verò adversarius nominantis factam assertionem Domini inficie-
tur, nominanti demonstrationem injungere licebit. a. l. 2. l. 19. l.
21. ff. d. probat. j. l. 9. ff. d. R. V. LAUTERB. Differt. de Nominat. tb. 10.
DN. SWEND. ad Fib. Proc. p. 419. Diff. UMM. ad Proc. D. II. n. 48.
non tamen audiendus est auctor reo hanc dilatoriam usurpanti su-
per replica, quod proprio nomine possideat, juramentum, ante
item contestatam, deferens, sicuti pron. F. J. L. Mens. Jul. A. 701.
interim nominanti regulariter variare haud permittitur. l. f. ff. d.
R. V. UMM. ad Proc. d. Disp. II. n. 51. DN. SWEND. d. l. p. 420.

(4.) Temporis.

(5.) Modi.

ORDIN. PROC. SAX. ELECT.

TIT. XV.

Von der Intervention.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

I.

Interventio quid?

est vel Principalis.

vel Accessoria.

etiam in actu extrajudiciali contingere potest interventionis.

Interventionis vel sit suo nomine, propter interesse proprium.

Interventio est controversia inter alios agitatae proprio motu facta participatio. a. N. 112. c. 1. verb. unde damus. c. 4. d. elect. in 6. UMM. ad Proc. Disp. II. tb. 1. n. 2. eaque dividitur in Accessoriam & Principalem s. ad excludendum, hæc est, qua Interveniens alterutrum vel utrumque litigantium simpliciter, aut secundum quid, excludere cupit. a. l. 29. ff. d. in offic. testam. l. 31. §. 1. ff. de pos. l. 63. ff. d. re judic. l. 34. ff. solut. matr. NICOL. Proc. Judic. c. 14. n. 7. v. Formula ap. DN. SWEND. ad Fib. Proc. p. 445. e. g. si tertius, salvo aliorum jure, item, sui commodi causa, tractet tanquam Creditor, item Mitz-Interessent, ne suo juri &c. præjudicetur. a. l. 57. ff. d. bared. PETIT. UMM. ad Proc. Disp. II. num. 13. DN. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 228. p. 451. Interventionis Accessoria s. ad assistendum est actus, quo tertius, propter interesse suum, in continenti probandum. c. 38. X. d. testib. se litigantibus miscet, unique parti sui commodi causa assistit. N. 112. c. 1. d. c. 38. v. Formula apud DN. SWEND. ad Fib. Proc. p. 445. lit. y. Atque hæc ad Interventionem Judiciale pertinet, nihilominus etiam in actu extrajudiciali contingere potest, ut vel Principaliter vel accessoriè quis sui juris rationem haberi desideret, qui, si habeat intentionem juris fundamento solido innitentem, repellendus non est. e. g. cum inventarium conficitur. a. N. 1. c. 2. §. 1. conf. ANT. FAB. in C. l. 1. t. 10. d. 14. n. 3. aut quando Interveniens negotium, ex quo metuitur laesio, e. g. protestatione simili modo, impeditur nititur. DN. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 226. p. 449.

II. Suscipitur autem Interventionis vel suo vel alieno nomine. *Suo nomine* Magistratus, subditorum intuitu, *interveniendi jus habet*, quatenus eorum juribus ita præjudicatur, ut detrimenti aut emolumenti intercepti sensus etiam ad Magistratum pertainat, tum enim causa ipsius quodammodo propria est. a. l. 1. §. 11. ff. quand. appelland. c. 25. X. de sent. & rejud. unde civibus privilegia sua tueribus, veluti restrictio peregrinorum commercio, item iure prohibendi braxationem utentibus, aut à libero molendini usu

DISP. VIII. TIT. XV. Von der INTERVENTION.

usu exclusis, sapè intervenire municipales Magistratus videoas.

CARPZ. P. I. C. 3. d. 31. BFR. L. P. I. C. 25. n. 7 seq. ZIEGLER. ad Aur. Prax.

Calv. §. civitas. concl. 1. n. 65. Alieno Nomine interveniunt, qui aliorum causam in judicium deducendi facultatem habent. e. g. filii pro patribus cum cautione rati comparentes. a. l. 23. §. 2. ff. d. appellat. l. 12. C. d. Procur. j. l. 21. C. eod. UMM. ad Proc. Disp. II. n. 4. nec penitus neglecta est interventionis uxoris, mariti contumaciam excusantis, propter illius absentiam Reip. causa. a. l. 71. ff. de Procur. l. 1. §. f. ff. d. appellat recip. in S. C. P. L. in C. J. V. E. &: J. H. & B. SAND. l. 1. t. s. d. I. MEV. P. 4. d. 390. n. 3. conf. Disp. V. Proc. ad T. VII. O. P. S. §. 9. seq.

III. Intervenire licet in Judicio quolibet Causam, in qua Interventioni locus est, tractante Ordinario & Delegato a. c. 5. X. d. offic. jud. del. l. 19. C. d. liberal. caus. dummodo delegatio punctum, quod interventionis concernit, respiciat, & negotium, ob connexitatem, à delegato expediri posuit. BERL. P. I. concl. 25. n. 17. NICOL. ad Proc. c. 14. n. 6. MAURIT. d. Jur. intervent. tb. 30. de quo dictum est Disp. Proc. I. §. 7. Pariter uti permisum est Interventione, in omnibus Causis ordinariis & summiariis, petitoris & possessoris, civilibus. l. 29. ff. d. in offic. testam. & feudalibus. II. f. 46. SCHRAD. d. feud. II. Part. 9. princ. sect. 8. n. 52. Itaque admittendam esse simultaneè investitorum interventionem, cum allodiales hæredes à Vasallo separationem allodii & feudi peterent, & Vasallus causam negligeret, ad declinandam feudi deteriorationem, resp. Fac. Jur. Lips. Mens. Mart. 701. Spirituales etiam causæ. c. 15. X. d. offic. jud. deleg. nec non criminales. a. l. 6. ff. d. appellat. CRAVETT. cons. 14. n. 2. imò etiam publicæ, quatenus interesse publicum suumve urgere permittitur. a. l. 3. §. f. ff. d. nov. op. nunc. l. 15. §. 10. ff. d. damn. inf. MAURIT. d. Jur. Interv. tb. 26. interventionem ferunt. NICOL. Proc. c. 14. n. 4. UMM. ad Proc. Disp. II. n. 8. 9. BERL. P. I. Concl. 25. n. 8. seq. neque causam spolii excipimus, ex qua spoliatus se petit restitui, modò interveniens v. g. ex jure dominii, illud in continentri probet, nec inanes moras necitat. a. l. 31. §. 1. ff. depof. c. 38. X. d. testib. BERL. d. l. n. 15. & præc. BRUNN. add. l. 31. n. 5. conf.

et Alieno Nominis, &
persona que pro alia
experiri potest.

Obinet Interventionis in
quolibet Jud. Ord. &
Delegat.

& in quibus causa,
quando in ea fertur
interesse intervenientis.

MVN-

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

sive causa trahetur in prima, sive in ulteriore instantia; ante item finitam.

*interim (1) etiam appellare potest qui principali-
tate intervenit.*

*(2) interveniendo
appellatio alterius est-
iam in alio puncto ad-
herere licet.*

*(3.) interveniendo quo-
que prosequi licet alie-
nam appellationem.*

*item, ob liquidum in-
teresse, in executione
interventio licita est,
nec non in causa aresti.*

MYNSING. cent. 2. Obs. 1. Circa Statum Processus in Prima & ulteriore Instantia, etiam partibus invitis, intervenire licet. O.P. §. b. T. §. II. verb. in erster und ander Instanz, ob es ihm gleich von einem oder dem andern aus denen steitenden Principal-Partheyen nicht gestattet werden wolte/non tamen lite omnino finita per validam sententiam, quæ transiit in rem judicatam. a. l. 20. C. d. evict. j. l. 25. ff. d. stat. hom. CARPZ. P. I. C. El. 3. d. 30. n. 6. CRAVETT. Conf. 14. n. 3. interim (1) à sententia lata, partibus principalibus acquiescentibus, appellatio licita est, ob præjudicium, quod ex ea meruit principaliter interveniens, qui suum interesse deducit, idque adversus litigantes est persecuturus. a. l. 14. l. 4. §. 2. ff. d. appellat. c. 15. X. d. offic. & potest. jud. del. adeò ut decendium à tempore sententiae cognitæ computare queat. a. l. 1. §. 7. ff. quand. appelland. COVARRUV. Pr. quest. c. 15. n. 2. BERL. P. I. Concl. 25. n. 24. (2.) cum litigans à certo puncto sententiae provocavit, etiam in aliis punctis ab interveniente adhæri potest appellatio intra decendium, siquidem hoc re integra contingit, factio ejus, cuius interest sententiam suspendi. l. 2. §. 1. f. ff. quand. appelland. BALD. ad Auth. bodie. Cod. d. appellat. n. 6. DN. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 230. p. 455. CARPZ. P. I. C. 19. d. 8. n. 6. BRUNNEM. Proc. civ. c. 13. n. 11. (3.) Interveniens prosequi potest appellationem ab auctore vel reo interpositam, tūm enim suspensam Appellatione causam, propter Interesse suum, persequitur. a. l. 5. §. 2. ff. d. appellat. CARPZ. Proc. t. 4. a. 2. n. 26. MAURIT. d. Jur. Intervent. th. 37. Cæterum ne quidem auctus executionis est ab interventione immunis, modò interveniens suum Interesse in continent. v. g. per documenta, confessionem adversarii, &c. doceat. a. c. 38. X. d. testib. Dec. El. 2. e. g. quoties in rem alienam intenditur executio. l. 15. §. 4. ff. d. rejud. l. 29. §. 1. ff. d. except. rejud. BRUNN. Proc. Civ. c. 13. n. 10. MEV. P. 5. Dec. 211. n. 2. DN. SWEND. ad Fib. Proc. p. 451. n. 228. DN. BERG. ad O. P. S. h. t. Obs. 1. n. 2. MAURIT. d. Jur. Intervent. th. 50. imò in cause quoque aresti Interventio liquida effectum suum sortitur, veluti si domum aresto afficiendam interveniens esse suam, non debitoris

DISP. VIII. TIT. XV. Von der INTERVENTION.

ris, evincat. a. l. 15. §. 4. ff. de re jud. DN. RIV. d. Except. t. 44. n. 5. id.
ad O. P. S. b. t. en. 8.

IV. Quando Interventio suum tuetur locum, eadem Interventioni opponi
exerceri potest, sed salvo adversae partis exceptionibus. O. P. potest
S. b. T. §. UN. illaque sunt vel Dilatoria vel Peremptoria. Except. Dilatoria: ut
Dilatoriis accensemus (1.) Exceptionem non communicat. In- (1) Exc. non commun.
terventionis. Equidem ea deficit, quoties ante Termi-
num Interventio suscepta, &c, postulante id interveniente, una
cum citatione Parti transmissa est; sed, quoniam sapè interven-
tiones in ipso demum Termino fiunt, atque tum adversarius ne-
cessario ad deliberandum spacio destituitur. a. l. 1. ff. d. edend. ista
exceptione moram liti injicere haud prohibetur. DN. SWEND. ad
Fib. Proc. c. 2. n. 232. p. 446. (2.) Exceptionem non demonstrati inter- (2.) Exc. non demon-
esse. a. l. 63. ff. d. re jud. l. 34. ff. solut. matrim. l. 15. §. 4. ff. de re jud. strati Interesse.
ubi verum, à causa haud alienum, Interesse requiri mus. a. l. 3.
§. 11. l. 13. l. 19. ff. ad exhib. j. l. 13. ff. rem rat. bab. eo quod proceden-
di ratio, decretum, aut futura sententia cessura sit intervenienti
præjudicio. MAURIT. de Intervent. tb. 12. BRUNN. Proc. Civ. c. 13. n. 5.
Idque deducendum est summario modo. O. P. S. b. t. §. UN.
l. 15. §. 4. ff. d. re jud. a. c. 38. X. d. testib. MYNSING. cent. 2.
O. I. n. 3. ad suspicionem malam ab interveniente arcendam cau-
samque præparandam, veluti per juramentum. a. l. 15. ff. ad exhib.
unicum testem. a. Dec. El. 1. instrumentum, præsumptionem pro-
babilem. a. l. 5. §. 6. ff. d. re militar. arbitrio judicis. l. 3. §. 11. ff. ad
exhib. j. l. 1. §. 5. ff. d. jur. delib. l. 3. §. 2. ff. d. testib. CARPZ. Proc. t. 2.
art. 2. n. 42. seq. FELIN. ad c. 38. X. d. testib. n. 13. ZIEGLER. ad O. P. S.
b. t. verb. summarischer Weise. BERE. P. 1. Concl. 25 n. 48. seq. ita ut,
ad ambages rescindendas, admitti non soleat remonstratio.
CARPZ. l. 3. Resp. 21. n. 9. seq. FELIN. d. l. BERL. d. l. num. 50. DN.
SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 233. p. 46t. conf. DN. BERGER. ad O. P. S.
b. t. Obs. 1. n. 3. & quidem, si interveniens suum interesse probave-
rit, fertur, si non probaverit, excluditur Interventio, nisi forte Judex

C

(1.) ur-

Modus demonstrandi ita
terefice.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

(1.) urgentibus circumstantiis, intervenientis sponte suscepta demonstratione haud contentus, rectiorem ejus, quod interest, deducti onem injungat, ceu non semel factum memini. DN. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 234. p. 464. (2) Intervenienti, ob presumptionem collusio nis aut litis temerariae protelationis, in gratiam unius alterius se par tis, malitia eti jurementum injungat. O. P. S. b. t. §. UN. inf. id. p. 406. quo deserto vel detrectato non admittitur interventionio, praesito autem eadem locum habet, & adversarius ad istam respondere tenetur. MART. ad O. P. S. b. t. n. 57. seqq. Quamvis autem c. 38. X. d. testib. probationem hanc in continenti fieri velit, tempus tamen eidem definiendum ex statu Processus. e. g. in executione. a. Dec. El. 15. & Fori Uisu, arbitrio judicis, estimandum venit, apud nos non raro expressè ad Term. Sax. restringitur. conf. U M M. ad Proc. Disp. II. n. 6. RULAND. d. Commiss. Part. 4. lib. 8. c. 8. n. 3. verb. si in continenti. Peremtoria est Exceptio non competentis Interventionis. v. g. quando excipiens fundamentum interventionis causam haud ferire ostendit, atque propterea intervenientem repellit. a. I. 19. ff. ad exhib. I. 57. ff. d. hered. petitione. v. g. Daß Intervenientens Suchen nicht statt hat. BRÜNNEM. Proc. Civ. c. 13. n. 7. Dn. BER GER. ad O. P. S. b. t. O. I. n. 3. inf. ut si civitas apud nos. Jura fisci, circa heergewettam vacantem, usurpare intendat, sed mero Imperio destituatur. P. 3. C. El. 38. §. f. j. LRR. I. I. a. 28. I. 37. ff. d. legib. CARPZ. d. C. def. 21. n. 5. SCHILT. ad w. Ex. 50. §. 3. ZIEGL. ad Calv. Prax. §. Civitas. concl. I. n. 49. COLER. Dec. 72. n. 5. non dubitavit igitur ad Magistratum merum imperium habentem hoc ius restringere pronunciando Fac. Jur. Lips. Mens. April. A. 701. Atque haec Exceptio non competentis Interventionis, quoties Principalis Interventionis fundamentum non excludit neque temperat alterius Ligantibus iura, utiliter quoque usurpari potest. a. I. 34. ff. solut. mar trim. MAUR. d. Jur. interv. th. 8. BERL. P. I. Concl. 25. n. 52. seq. Dn. RIV. adb. t. ep. 7.

V. Quo-

Intervent. obstat Excep
tio Peremtoria, Non
competentis Interventionis.

Disp. VIII. Tit. XV. Bonder INTERVENTION.

V. Quoties Interventioni locus est, Interveniens Processum in
statu, in quo reprehenditur, reassumere tenetur. O. P. S. b. T. §. UN. id
quod ipsi factio contingit per tractationem causa in iis Processus
Terminis, in quibus tum temporis invenitur, citra solennem Reaf-
sumationem. a. C. FIN. ut lit. pend. in 6. Per Illustr. Dn. JAC. BORN. Diff.
Process. 2. th. 2. lit. k. CARPZ. Proc. t. 4. art. 2. n. 12. seq. teste experientia;
verum hoc ad Interventionem accessoriā restringendum
est. a. d. c. f. Principalis enim Interventione, qua Interveniens
alterutrum vel utrumque litigantium simpliciter, aut secun-
dum quid, excludere intendit, cum in utilitatem Intervenientis
tantum fiat, ansam præbet, ut Interventione principaliter in eodem
foco tractetur. a. l. 9. ff. d. liberal. cauf. l. 10. C. d. jud. conf. MAUR. d.
d. Jur. Intervent. th. 20. unde in sententia iste Interveniens à reli-
quis litigantibus secerni solet. v. g. N. Klägers an einem/N. Well.
am andern/ N. Intervenienten dritten Theils / in accessoriā inter-
ventione vero cum auctore vel reo conjungi. v. g. N. Kl. und N. In-
tervenienten an einem. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 230. p. 446.
BERL. P. I. Concl. 25. n. 63. MAUR. d. Jur. interv. th. 21. 23. tantum-
que abest, ut Processus Reassumitione principaliter interveniens o-
neretur, ut potius prior Processus inter auctorem & reum suspen-
datur. e. g. Die weil Well. auf die Intervention sich eingelassen / so
wird/bis zu Erörterung derselben / mit Kl. Suchen billig in Rühe
gestanden. id. p. 445. itaque talis Interveniens peculiari libello, no-
visque exceptionibus, etiam dilatoris, item probationibus, utri
haud prohibetur, ad normam cursumque prioris Processus neuti-
quam adstrictus, cum intuitu ipsius lis pro non mota habeatur.
U. M. M. ad Proc. Disp. II. n. II. COVARRUV. Pract. quest. 14. n. 3. ZANG.
d. Except. P. 2. c. 22. n. 12. BERL. P. I. Concl. 25. n. 60. seq. itaque in Re-
gimine Dresdeni sic Interveniens ab Oberleuteratione haud ex-
cludi meretur. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 2. not. 2. & in qualibet
parte litis, imò in ipsa executione, Interventione illa suscipi potest. a.
l. 45. §. 4. ff. d. re. jud. l. 57. ff. d. R. V. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 3.
p. 451. quod si autem non tam Actorem vel Reum excludere, quam
ni secundum quid sal-
tem fiat interventione.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

suum jus salvum conservare, velit Interveniens. e. g. in Concursu Creditorum prioritatem deducendo, jura sua ipsi plenissimè permittitur proponere, ita tamen, ut, si reliqui citius causam suam expediant, cursum judicii & litis decisionem inter eos remorari non licet, & in hujusmodi interventione, pro re nata, res vi-
ctori quandoque sub cautione, de restitutione alteri, si potiora
jura docuerit, facienda, possit adjudicari. a. l. 63. ff. d. rejud. j. l. 57.
ff. d. R. V. BRUNNEM, ad d. l. 57. n. 1. seq. UMM. ad Proc. Disp. II. n. 13.
MEV. Part. 5. d. 211. n. 4. Quamvis autem Fisco intervenienti jus
avocandi causam ad suum judicem tribuat. a. l. 3. C. d. jur. fisc. RU-
LAND. d. Commissar. P. 4. l. 8. c. 8. n. 8. MEV. P. 4. Dec. 185. n. 5. 8. Lex
tamen 3, id non probat. j. l. 9. ff. d. liberal. caus. adeoque regulæ
inhærendum est, quæ in dubio fisicum uti vult Jure Communi. a.
l. 12. ff. d. compensat. l. 6. pr. §. 1. ff. d. jur. fisc. j. l. 10. ff. eod. Dn. SWEND.
ad Fib. Proc. c. 2. n. 227. p. 449. conf. ANT. FAB. in C. l. 8. t. 30. d. 19.
UMM. ad Proc. Disp. II. n. 12.

ORDIN. PROC. SAX. ELECT.

TIT. XVI.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Von der Kriegs-Befestigung.

Quoniam ipsa lis per Litis contestationem constituitur. l. un. C.
Q. d. lit. contest. j. l. 15. ff. rem rat. bab. eandem nunc perpendiculari
conveniet. Elbi non immorabitur solennibus Juris Veteris, quo,
dato à Majore Magistratu Judice Pedaneo, antequam is adiretur,
partes sibi invicem denunciabant, ut ad judicem venirent, & ad
eos, qui assistebant, hæc verba pronunciabant: Testes estote, litigantesque
sic litem contestari dicebantur. j. l. 73. ff. d. Procurat. Conf.
CUJAC. l. 9. Obs. 21. UMM. ad Proc. Disp. 12. th. 1. n. 2. in f. ANTON.
PEREZ. ad v. t. d. judic. p. m. III. SUTHOLT. de Jurisdic. §. 308. GON-
ZALEZ TELLEZ, ad c. un. X. d. lit. cont. n. 70. sed posteaquam ipsi
Ma-

DISP. VIII. TIT. XVI. DE LITIS CONTESTATIONE.

Magistratus judicare coeperunt, sublato Judicum pedaneorum usi, *Litis Contestationem* describemus, quod sit *actus*, qui actoris negotii narratione atque petitione coram judice facta, & rei subsecuta contradictione, perficitur. *L. un. C. d. lit. Contest. l. 14. §. 1. C. d. Judic. j. l. 2. C. d. jurejur. propt. cal. dand.* BLUM. Proc. Cam. t. 71. §. 4. quoties enim neque facti narrationi neque petitioni actoris à reo contradicuntur, nec lis est nec ejusdem contestatio, confessumque desiderio actoris satisfacere fas est. *a. l. 21. ff. d. Judic. l. un. C. d. Confess.* aliud verò obtinet, quando facti narratio quidem haud negatur, at petitio, exceptione allegata, contradictione fit. *a. l. 112. ff. d. R. J. f. l. un. C. d. Confess.* VENN. S. Q. l. 1. c. 17. verb. cum autem. SALICET. add. l. un. C. n. 3. 7. Itaque, cum variis in locis, & apud nos fori usu, juxta Appell. Pat. d. A. 1670. §. 3. A. C. S. p. 16. in contumaciam lis habetur pro affirmativa contestata, aut reus pro confessio & convicto. *j. c. 2. d. confess. in 6.* nec non in Processu Executivo, quando instrumentum habetur pro recognito, propriæ litis contestatio non creditur esse suscepta. *a. l. 14. §. 1. C. d. judic.* UMM. ad Proc. Disp. 12. n. 15. JOH. NIELL. Disp. feud. 10. tb. 4. lit. e. conf. SCHILT. ad π. Ex. 13. tb. 33.

II. Dividitur autem *Litis Contestatio* (1.) in *Explicitam*, si-
de *Formalem*, quæ verbis expressis animum item contestandi in-
dicantibus fit; & *Implicitam* sive *Virtualem*, quæ modis æquipollen-
tibus perficitur. Ita vocabulum: *Nescio*, *ignoro*, *weiß nicht* / pro
negativa responsum accipitur in nonnullis Judiciis. *a. l. f. C. d.*
cond. ind. CARPZ. l. 3. resp. 33. n. 26, verum, licet in factis alienis. *a.*
c. 15. X. d. restit. spoliat. l. 42. ff. d. R. J. & propriis antiquis, aut ad-
eo intricatis, ut facilis sit eorum ignorantia. *a. l. 7. ff. d. confess.* illa
responsum fieri possit, eandem tamen in factis propriis regulariter
non esse tolerandam contendunt, cui sententiae recte inhæretur,
nisi aliud observantia receperit. *a. l. 24. ff. ad mun. Dn. SWEND.* ad
Fib. Proc. c. 2. n. 254. p. 518. CARPZ. Dec. 40. n. 17. seq. LAUTERB. concl.
for. Ex. 14. concl. l. lit. c. conf. WESENB. ad Cod. t. d. lit. contest. n. 6.
Pariter Reus, qui non evidenter affirmat aut negat actoris intentio-

*mera confessio rei non
est litis contestatio, siue
sit confessio vera, siue fi-
cta.*

*Litis contest. divid.
(1) in Explicitam s.
formalem.
& Implicitam sive
Virtualem.
qualsit per verbum
Nescio.*

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

item Exceptionem so-
lut. compens. oppositam.

tionem, sed exceptionem solutionis, compensationis opponit, cùm se defendere motamque actionem excludere velit, neutrum creditur confessus esse, ne actus ultra'ejus intentionem operetur; proinde auctorij injungenda est probatio. a. l. 9. ff. l. 9. C. d. except. c. 6. X. eod. j. l. 4. C. d. edend. BARTOL. ad l. 9. ff. d. except. SALICET. ad l. 9. C. d. except. n. 3. GONZALEZ TELLEZ ad c. 6. X. d. Except. n. 11. FRANZK. l. 2. Resol. 18. MEV. P. 7. acc. 128, sicuti pronunciavit in Concursu Creditorum Fac. für. Lips. Mens. Nov. 700. it. Mens. Mart. 701. Diff. HILLIG. ad Don. l. 25. c. 2. lit. p. conf. UMM. ad Proc. Disp. l. 2. n. 16. licet propriè, ac specificè, exceptione opposita, non fiat litis contestatio. c. f. d. lit. cont. in 6. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. p. 516.

Lit. Cont. (2.) est vel
Soleannis.

obinet etiam in causa
summaria, que ordina-
rio Processu trattatur.

que usurpatur
in Proc. summ. in spe-
cie.

& Executio.

Lit. Cont. (3.) est vel
Generalis.

III. Disp. sit nr. (2) Litis Contestatio in Solennem & Minus soleannem. Solennis est, eine richtige Krieges-Befestigung / quæ in judicio ordinario verbis soleannibus fit. Hæc in sententiis imponi solet verbis: Dass Bekl. / ic. sich einzulassen / zu antworten / und den Krieg rechtens zu befestigen schuldig. Quodsi vero causam, natura sua, summariam aut executivam actor Ordinario Processu tractet, quintum solenniter etiam reo item contestari liceat, dubitandum non est. a. Dec. El. 12. in f. l. 29. C. d. paet. COLER. d. Proc. Execut. Part. 3. c. 5. n. 35. HART. PIST. l. 4. q. 13. n. 30. PHIL. ad Dec. El. 12. Obs. 2. n. 2. seq. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 257. p. 511. j. Disp. I. Proc. tb. 38. Minus Solennis Litis Contestatio est, quæ in Judicio summario, quibuscumque modis animum litis suscipienda indicantibus, perficitur. a. clem. 2. d. Verb. Sign. CARPZ. P. 1. C. 10. d. 8. Atque hæc in Processu summario in specie expeditur durch die Antwort. fac. Dec. El. 14. & secundum Res. Gr. d. 1661. gr. 8. auch recognition, in Processu Executivo durch recognition, item Diffusion. Dn. BERGER. ad O. P. S. b. t. Obs. 1. j. tb. 7. infra n. 2.

IV. Litis Contestatio (3.) est vel Generalis vel Specialis. Generalis dicitur, qua in genere ad libellum actoris respondeatur. v. g. Nego narrata prout narrantur, & petita, sicuti petuntur, fieri debe re. it. In Sachen N. contra N. bin ich der Klage nicht geständig/ bitte mich von derselben/mit Abtrag Kosten und Schadens/ zu erles di

Disp. VIII. Tit. XVI. DE LITIS CONTESTATIONE.

Digen. Ord. Cam. P. 3. f. 13. §. 4. BLUM. Proc. Cam. t. 71. §. 9. hæc, ver-
bis æquipollentibus, apud nos speciali Litis Contestationi sèpissi-
mè premititur, & Jure Civili ac Canonico fertur. a. l. 14. §. 1. C. d.
Judic. l. un. C. d. lit. contest, c. un. X. eod. LAUTERB. ad. π. t. d. judic.
t. b. 19. CARPZ. P. 1. C. El. 10. d. 7. GAIL. l. 1. Obs. 73. n. 1. imò in vim
specialis litis contestationis toleratam esse responcionem Princi-
palis, qui totius libelli contenta negaverat, in causa, urgentibus
circumstantiis, memini in Fac. Jur. Lips. Mens. April. A. 700. id
quod regulariter haud obtinet. O. P. S. b. t. §. un. Dn. RIV. ad b. t.
en. 7. conf. UMM. ad Proc. Disp. 12. §. 12. n. 8. Specialis Litis Conte-
statio est, qua in specie ad singula libelli capita respondeatur. Hæc
Jure Imperii exigitur. R. I. d. A. 1654. §. 37. verb. specificè und auss
iede Puncten & Saxonicò Electorali. O. P. S. T. 16. §. un. P. 1. C. El.
10. verb. in specie und insonderheit antworten/ modò narrata libelli
negotium, de quo agitur, concernant: jura enim actus superva-
cuos aversantur. l. 14. §. 1. ff. ut legat. vel fideic. serv. caus. caveat.
CARPZ. P. 1. C. El. 10. d. 21. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 19.

vel Specialis.

Jure Imperii & Sax. El.
necessaria.

quod narrata causam
concernentia.

V. Alia est *Litis Contestatio* (4) Affirmativa, alia Negativa. Lit. cont. (4) est vel
Affirmativa dicitur, qua reus ad Libellum reliquum affirmativè re-
spondet, at petitio, opposita exceptione peremptoria, contradicit. a.
Leg. 5. C. d. except. j. l. 112. ff. d. R. J. de cuius indole actum est su-
pra §. 1. Negativa vero appellatur, qua reus negat actoris intentio-
nem; ubi conscientia habeat rationem reus ejusque Advocatus,
ne temeritate negationis sibi noceat & auctorem inique oneret.
Dn. BERG. ad b. t. Obs. 2. not. 3. 4. MOLLER. P. 1. C. El. 10. n. 4. Dn.
RIV. ad b. t. en. 14. Est autem *Negativa* Litis contestatio vel Limi-
tata vel Illimitata, *Limitata*, quoties partim affirmativè, partim
negativè respondeatur. Post eam fertur regulariter sententia: Auf
Klage/ Antwort und erfolgte Gesetze / ic. Die weil Bekl. auss die er-
hobene Klage geantwortet und solcher nicht allenthalben geständig/
so ist Kl. den Grund derselben/ und so viel ihm daran verneinet/ in
Sächs. Frist wie recht zu erweisen schuldig/ ic. In specie autem in A-
ctione Negatoria negato dominio, & allegato à reo jure servitutis,
pro-

Limitata aut Illimita-
ta.

quomodo super illa pro-
nuncietur in genere.

In specie in Actione Ne-
gatoria.
Directa,

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

pronunciatur: Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet/ und das Eigenthum der libellirten Wiesen verneinet/im übrigen aber der Klage geständig/ und darneben auf ein Befugniß sich berufen/ so ist Kl. solch Eigenthum in Sächs. Frist/Bekl. Gegenbescheinigung vorbehaltlich/ zu bescheinigen/ dieser aber das angezogene Befugniß/ wie recht/ zu erweisen schuldig/davider Kl. sein bedingter Gegenbeweis/Eydes-Delation und andere rechtliche Nothdurft billig vorbehalten wird/ ferner darauff zu beschehen was recht ist. Pariter in Actione utili Negatoria intuitu Juris braxandi, cum negatum esset à reo, agentem Civitatem esse proximam, & exceptio quæsiti Juris braxandi litis contestationi adjecta fuisset, formulam hanc adhiberi visum: Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet/ und daß N. die an dem Gute N. nebst gelegene Stadt sey verneinet/ im übrigen aber der Klage geständig/ und darneben sich auf ein Befugniß berufen/ so ist Kl. in Sächs. jenes/Bekl. aber sein Befugniß in doppelter Monats Frist / wie recht/ zu erweisen schuldig/davider beydeseits ihr bedingter Gegenbeweis/Eydes-Delation und andere rechtliche Nothdurft billig vorbehalten wird/ ferner darauff zu beschehen was recht ist. conf. Dn. SWEND. d. Action. in Negatoria cum aliis sect 2. membr. i. art. 72. Quodsi puncta libelli sint diversa, in nonnullis juxta naturam Negatoria Actionis, sed in reliquis ordinario modo Sententia concipitur, ceu contigit in S.C.P. L. verbis: Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet/ und den 5. 6. 7. und 10. Punct verneinet/ im übrigen aber derselben geständig/ und daneben auf ein Befugniß sich berufen/ so ist Kl. die verneinte Puncte/Bekl. hingegen das angezogene Befugniß/ in Sächs. Frist / wie recht/ zu erweisen schuldig/ davider beyden Theilen gegen einander ihr Gegenbeweis/Eydes-Delation und andere rechtliche Nothdurft billig vorbehalten wird/ ferner darauff zu beschehen was recht ist. V. R. W. Item in Negativa Litis contestatione Limitata, cum delatum esset partim super Actione partim super exceptione juramentum, judicatum est hoc modo: Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet/ und solche bey dem 6. und 8. Puncte verneint

Lit. cont. facta partim
affirm. partim neg. ad-
dita delat. juram super
act. & exceptione.

Disp. VIII. Tit. XVI. DE LITIS CONTESTATIONE.

net im übrigen aber derselben geständig und daneben exceptionem veritatis opponiret / auch über diese bey dem andern und fünften Puncte Kl. den Eyd deferiret / so ist desselben Principal über dasjenige / so er an der Klage verneinet / ermeldter Kl. aber über der / bey angeregten Puncten / vorgeschrüften Exceptione veritatis sein Gewissen auch Wissenschaft und Wohlbewußt dahn es ihnen gesetzet / nach vorgehenden beydeseits Eyd vor Gefahrde zu eröffnen / oder dasselbe mit Beweise zu vertreten / oder / so viel die facta aliena betrifft / einer dem andern den Haupt-Eyd zu referiren / Bekl. aber im übrigen seine Exception in Sächs. Frist / wie recht / zu erweisen / schuldig / davider Klägern sein Gegenbeweis und andere rechtliche Nothdurft billig vorbehalten wird / ferner darauff zu beschehen / was recht ist. *Litis Contestatio Negativa Illimitata* est, quoties à reo ad libellum pure negativè respondetur. Unde, nisi delatum fuerit super actione juramentum pronunciari solet : Dieweil Bekl. auff die erhobene Klage geantwortet und solcher nicht geständig so ist Kl. den Grund derselben in Sächs. Frist / wie recht / zu erweisen schuldig / davider Bekl. sein bedingter Gegenbeweis / Eydēs Delation und andere rechtliche Nothdurft billig vorbehalten wird / ferner darauff zu beschehen was recht ist. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 509. Atque hæc ad *Litis Contestationis* affirmativæ ac negativæ diversitatem declarandam sufficiant; Judicis verò, in concipienda Sententia, haud postrema in eo vertitur cura, ut tam responsionis negativæ aut affirmativæ, quam exceptionum ad ista capitula pertinentium, injungendæque probationis aut juramenti præstationis, ac reservandæ jurisjurandi relationis, & defensionis conscientiæ, sollicitam habeat rationem.

VI. *Litis Contestatio* abit (5.) in Puram & Eventualem. *Pura* est, quæ sit absque suspensione. a. l. 32. ff. d. V. S. §. 2. I. d. V. O. Eventualis *Litis Contestatio* dicitur, quæ suscipitur in eventum, quo exceptiones dilatoriæ, factio judicis aut partis, remotæ fuerint, wann denen vorgeschrüften exceptionibus dilatoriis gebührend abgeholfen. R. I. d. A. 1570. §. 89. 91. it. d. A. 1654. §. 40. O. P. S. T. II. pr. conf. Disp. VII. Proc. ad O. P. S. t. II. §. 5. BLUM. Proc. Cam. t. 71. §. 12. UMM.

D

Disp.

Litis Contest. Negat.
Illimitata.

formul. pron.

*Cura Jud. in concip.
sententia.*

*Litis Cont. (5.) est vel
Pura vel Eventualis.*

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

Diss. Proc. 12. n. 17. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. p. 598. CARPZ. P. 1. C. 3. d. 3. n. 1. Itaque, quod eventualis Litis Contestatio in puram convertatur, ut exceptionibus dilatoriis vel sit satis factum, plene valdeque acquiescente adversario, vel ut judex his satis factum esse judicaverit easve rejecerit & sententia in rem judicatam transierit, exigitur. *a. l. 25. ff. d. stat. hom. O.P. S.t. u. §. 18* soll aber. 3. Atque haec eventualis, non pura, Litis Contestatio, quando præmissæ sunt Litis Contestationi excepciones dilatoria, in dubio facta esse præsumitur, id enim benignius est. *a. l. 56. ff. d. R. f. l. 25. ff. d. prob. l. 10. ff. d. contrah. emt.* Proinde post talem litis contestationem admisfa est juramenta delatio. *a. l. 8. ff. si quis omis. caus. testam. P. 1. C. El. n. in Fac. Jur. Lips. Mens. Maj. A. 700. conf. BERL. P. 1. Concl. 28. n. 24. seq. MENOCH. l. 4. præsumt. 174. n. 8.* alias verò in dubio actus creditur esse potius purus quam conditionalis, quandoquidem conditionis adjectio facta est. *a. l. 2. §. 4. ff. pro emtor.*

Litis Contestatio ad substantiam judicij pertinet.

requiritur in Causa (1)
Civili & Criminale.

an in Proc. Inquis.

VII. Ad substantiam judicij pertinet Litis Contestatio. *e. un. X. d. lit. contest. l. 1. C. eod.* idque, eadem prætermissa, irritum est. *d. c. un. GONZALEZ. TELLEZ. ad d. c. un. n. 10. MATTH. d. AFFLICT. dec. 283. n. 3. MYNS. cent. 1. Obs. 38.* licet judicis partiumque consensu accesserit. *a. d. c. un. c. 4. X. ut lit. non contest. j. l. 38. ff. d. pac. l. 1. §. 1. 2. ff. d. fer. GAIL. l. 1. Obs. 75. n. 2. seq. CARPZ. P. 1. C. El. 10. d. 8. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 8. MATTH. d. AFFLICT. dec. 191. n. 8. conf. MENOCH. d. A. J. Q. l. 1. q. 18. n. 7.* Siquidem ex Litis Contestatione demum apparet, quid actori probandum veniat; unde, cum utraque pars litem sententiâ definitivâ finiri peteret, ob defectum Litis Contestationis, desiderio haud delatum, sed ante omnia specificam Litis Contestationem esse injunctam, recordor. Itaque necessaria est litis contestatio in Causa (1.) Civili & Criminale, cum proceditur per modum accusationis. *a. l. 15. §. 5. ff. ad SCt. Turpil. l. 20. ff. d. accusat. l. f. C. ut intr. cert. temp. crim. quæst. term. CARPZ. P. 1. C. El. 10. d. 19. UMM. ad Proc. Diss. 12. n. 12. Diss. ANT. FAB. in C. l. 9. t. 20. d. ult. n. 2.* In Procesu Inquisitorio responsio rei ad articulos Inquisitionales est vice Litis Contestationis. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 7. CARPZ. Proc. r. 10. A. 2. n. 10. (2.) Ordi-

DISP. VIII. TIT. XVI. DE LITIS CONTESTATIONE.

dinaria & Summaria. c. un. X. d. lit. cont. l. s. §. i. C. d. recept. arb. ita (2.) Ordinaria & Summa tamen, ut solennis Litis Contestatio in hac non exigatur, sed sufficiat, uti loco libelli imploratio, sic qualisunque rei contradicatio vice Litis Contestationis. a. Clem. 2. d. V. S. ZANG. d. Except. P. i. c. 2. n. 24. CARPZ. P. i. C. El. 10. d. 8. CHRISTIN. V. 2. d. 155. n. 7. in Processu executivo instrumenti recognitio, item diffusio, responsio nem, & quidem negativam posterior, imitatur. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 9. (3.) Prima Instantia & Appellationis, in hac Ord. Cam. P. 3. t. 32. §. 4. praeceps exposit Litis Contestationem. BLUM. Proc. Cam. t. 71. §. 15. siue ab interlocutoria siue à definitiva appellatum sit. GAIL. l. 1. Obs. 76. n. 2. id quod Juri Communi haud convenit, quo sufficit una litis contestatio novaque in Appellationis instantia haud desideratur. c. per tuas. 58. X. d. appellat. l. f. §. 4. C. d. temp. & repar. appellat. BLUM. GAIL. d. l. n. 1. idemque fori usus in Saxonia recepit, ubi injungitur saltem die Einlassung auff die justificirte Appellation. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 10.

VIII. Legitima Litis Contestatio esse debet (1) Specifica, ad Litis Contestatio effe singulos libelli articulos directa. O. P. S. T. XVI. §. IUN. P. i. C. El. 10. etiam in Processu accusatorio. Dn. RIV. ad b. t. en. 10. pariter adversarius, quando eam defectus arguere cupit, non in genere sed in specie istos exprimere jubetur, in Jud. Appellat. sub poena 5. thal. ab Advocato solvenda. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 24. MART. ad O. P. S. b. t. n. 93. ne ex obscuris, circa Litis Contestationem, monitis ansa litem protrahendi enascatur. a. l. 13. §. 9. C. d. judic. CARPZ. l. 3. Resp. 32. n. 12. seq. quodsi verò Actor libello inferuerit jus indubitatum, factumve à negotio controverso plane alienum, aut processum ad cardinem controversiae haud pertinens, pro contumaci haberi nequit reus, qui ad talia responsionem detrectat. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 19. Ceterum peccant Advocati, libello responsuri, qui rō nū uov̄ πένει affectant, & in tot portiunculas libelli capita dividunt, ut Litis Contestationis intellectus magis impediatur quam adjuvetur, id quod cum gravi tædio, ob miseram illam & inutilem diligentiam, legunt ac nonnunquam condemnatione in expensas coercent reprehenduntque judicantes. Dn. RIV. ad O. P. S. b. t. en. 8.

(3.) prime instantie & Appellationis, in posteriore quidem juxta Proc. Cameralem, non Jus Commune & Saxon.

adversarius etiam in specie defectus ejusdem urgeat.

ad aliena à Statu controverbia reus responde re non tenetur.

preterea libelli capita cum obscuritate in ministrissimas non sunt scandenda particulas.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

- (2.) Clara & distincta. (2.) *Clara & distincta, quid constet, quid circa factum, citra appendicula, ejusque qualitates ac circumstantias affirmetur vel negetur. O.P. S. T.XVI. §. UN.* Abstinendum igitur à verbis obscuris, utendumq; evidentibus: affirmo, nego; verum, non verum, CARPZ. P.I. C.E. 10. d. 2. in factis alienis propriisque, quæ probabiliter ignorantur; ut antiquis, aut intricatis, credo, non credo. a. l. II. §. 2. ff. rer. amot. l. 4. ff. d. in lit. jur. l. 7. ff. d. confess. l. 8. C.d. testam. CARPZ. P.I. C.E. 10. d. 6. quatenus per vocem: nescio, negatio indicetur, dictum supra. §. 2. Non ferenda est autem ambiguitas descendens ex formula, dubito. BRUNN. Proc. Civ. c. 14. n. 16. CARPZ. dec. 40. Per-Illustr. Dn. BORN. D. 1. ad Univers. Jus Judic. comm. & Sax. tb. 47. lit. c. Dn. RIV. b. t. en. 10. conf. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 20. ich stelle es dahin/ es kan Welt. sich nicht erinnern/es kan wohl seyn/ ceu pron. S.C.P.L. Term. Luc. A. 1694. interim susceptæ Litis Contestationi solenni minus- ve solenni non nocet protestatio facto contraria. a. l. 21. ff. d. acq. vel om. ber. c. 54 X. d. appellat. quin super ea recte pronunciari pos- sit, veluti quando lege, aut sententia vel decreto judicis, Litem Contestandi necessitas reo imposita est. a. l. II. C.d. neg. gest. BLUM. Proc. Cam. t. 71. §. II. MYNS. cent. 3. Obs. 31. M E V. P. 2. d. 335. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 255. p. 520. conf. UMM. ad Proc. Disp. 12. n. 15. p. m. 509. (3) *Brevis, itaque à prolixitate inani reus sibi temperet. O.P. S.T. XVI. §. UN.* nec per exceptionum commemorationem fensonum libelli turbet, quippe quas libello annexi satius est. Dn. RIV. ad O. P. S. b. t. en. 9. 11. *Litis Contestatione igitur non specificè, item obscure & prolixè, facta principalis, cui injungitur rectior Litis Contestatio, in expensas condemnatur. P. I. C. El. 10. d. §. UN.* ubi, pro re nata, hæc solet usurpari formula: *Dass Welt. andergestalt und besser/als geschehen/auf die erhobene Klage auch alle und iede deren Puncte deutlich/ mit ja oder nein/ auch ohne Anhang/ sub pena confessi & convicti, zu antworten auch die Unkosten dieses Termins, so aufs fl. 16. zum Abschlagen/ & zu erstatten schuldig/ & Advocato arbitria poena dictatur. d. §. UN.* (4.) *Oretenus facta. O.P. S.t. 29. Dn. RIV. b. t. en. 6. in positione prima secundave. O. P. S. t. II. §. I. in tertia tamen Litis Contestationis defectus supplere licet. Dn. RIV. b. t. en.*
- non ferenda sunt serba ambigua.*
- neque tamen Litis Contestatio obest protestatio factio contraria.*
- (3) brevis, perperam facta Lit. Cont. rectior injung. una cum condemn. in expensas.*
- § Adloc. arbitrar. primitur.*
- (4.) oretenus facta.*

DISP. VIII. TIT. XVI. DE LITIS CONTESTATIONE.

17. j. Disp. VII. Proc. ad T. II. §. 5. Nihil autem impedit, quo minus legitime peracta, à Litis consorte, ejusdem contestatione Litis Consors reus, per Adhesionem aut relationem, declareret, si litem non fecus, atque à Consorte jam factum est, cum omnibus clausulis & qualitatibus, contestatam velle:

Litis consortes responderent queunt per Adhesionem.

talis enim Litis Contestatio pro sufficiente habenda est. O. P. S. T. XVI. §. UN. in f. BERL. P. I. Concl. 26. n. 17. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 26. vid. formula apud Dn. SWEND. ad Fib. Proc. Part. I. c. 2. n. 260. neque ad eam pro consorte faciendam speciale mandatum exigitur, quod ad ipsam Litis Contestationem haud desideratur. a. I. 21. ff. d. R. J. BERL. d. I. n.

20. j. MYNS. cent. 4. Obs. 99. atque ista Litis Contestatio per Adhæsionem facta etiam locum invenit, si Actor inutet probandi modum, utputa qui priorum Litis consortum intuitu nullam fecit juramenti delationem, sed eam ratione posteriorum suscipit: propterea enim adhæsio non redditur vitiosa, licet modus probandi & sententia de super ferenda variet, ceu pron. Sup. Cur. Prov. Lips. Term. Rem. A. 1706. in C. J. H. T. & H. C. T. und conf. De Litis Contestationis formula vid. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 15. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 509. seq. Dn. STRYCK Introduc. ad Prax. For. c. 15. §. 5. 6.

lites Actor super libel lati posterioribus [Con sortibus defera] jura mentum.

Formula Lit. cont. remiss.

IX. Quando reus Litis Contestationem non facit, diversa est contra eum procedendi via. Alia Jure Communni, alia Jure hodierno. Jure Communni adversus contumacem missione in Possessionem. a. I. 5. ff. ut in poss. leg. nom. N. 53. c. 4. pignoris captione, corporis retentione procedendum esse existimant. a. I. 9. §. 5. ff. ad L. Jul. pecul. ZIEGL. ad Calv. Prax. c. 3. concl. 3. conf. UMM. ad Proc. Disp. 7. n. 12. SALICET. ad Auth. Qui semel C. Quom. & quand. jud. n. 13. BARTOL. ad d. Auth. n. 9. MYNS. cent. 4. Obs. 66. Jure Hodierno reus, juxta Processum Cameræ Imperialis, in primo termino litem eventualiter aut pure, contestari debet. R. I. d. A. 1654. §. 37. 40. j. R. J. d. A. 1570. §. 89. d. A. 1594. §. 63. BLUM. Proc. Cam. t. 71. §. 16. in contumaciam autem, post illius legitimam accusationem, lits habetur pro contestata negative, & actor ad probationem fundamenti actionis admittitur, secundum Ord. Cam. P. 3. t. 43. §. 4. R. I. d. A. 1654. §. 36. j. I. II. §. 4. ff. d. interr. in jur. fac. 161. ff. d. R. J. GAIL. I. I. Obs. 59. inf. BRUNN. Proc. Civ. c. 14. n. 14. MARTIN. ad O. P. S. b. I. n. 124. j. D. VI. Proc. ad t. 10. §. 5. Jure Saxonico Elect. Jure Sax. El. indulto 3. hebdomas spacio ferri potest cum

Modus procedendi ad gressus contumacem Jur. Commun.

Jure Hodierno in Cam. Imp.

Jure Sax. El. indulto 3. hebdomas spacio ferri potest cum

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

adversus contumacem
et absentem sententia
comminatoria.

exceptio in L. Diffama-
ri.

item, contra presentem
rite non responden-
tem, commin. rete
usurpatur.

in Aet. Negat. bey Ver-
lust des Besugnisses.

quando cit. non. conti-
nuis 3. hebd. tempus, nec
comm. nec cond. in
exp. locus est.

Citato sub prejudicio,
adferendam sent. pre-
clus. indulg. Term. Sax.

comminatio, quod in
contumac. lis haberi

cum reo indultum est tempus trium integrarum hebdomadum, atque is emansit, ferri potest, præcedente legitima actoris contumacia accusatione. a. l. 13. §. 2. C. d. Judic. O. P. S. t. 10. §. 4. sententia comminatoria, virtute cuius tenetur reus, sub poena litis pro affirmativa contestata declaranda, aut confessi & convicti, item contestari, item, in Judicio inquisitorio, ad articulos inquisitionales respondere, liquidatione facta damnorum & expensarum, mit der Verwahrung das in Verbleibung dessen die liquidirten Schäden und Untkosten ex officio moderiret werden sollen, sich einlassen, in Procesu Executivo, sub pena recogniti, recognoscere. Appell. Pat. d. A. 1670. S. anlangende. verum, ad comaminationem perpetui silentii in Procesu ex L. Diffamari, Terminus Saxonius requiritur. d. S. anlangende. conf. Diff. Proc. II. Procm. §. 29. Pariter reus comparens & contumax in Litis Contestatione rite expedienda, rectius, sub memorata comminatione, item contestari, respondere, recognoscere, pro re nata, jubetur, in Actione Negatoria specialiter injungi potest, auf die erhobene Klage andergestalt/und richtiger als geschehen/bey Verlust des Besugnisses/ zu antworten/ce. seu factum in Fac. Jur. Lips. Mensl. Jun. A. 701. præterea additur regulariter, post 3. hebdomadas citatione absenti indultas, aut angusti termini vitium comparitione purgatum, rei condemnatio in expensas. O. P. S. T. XVI. §. 11. Appell. Pat. d. A. 1670. §. anlangend. quod si autem absenti & contumaci legitimum spaciun, scilicet 3. hebd. non fuerit indultum, nec comminatoriæ nec in expensas condemnatoriaæ sententia locus est. d. App. Pat. §. anlangend.

X. Posteaquam imperata est per judicatum, sub comminatione præjudicii, Litis Contestatio absenti, qui non, vel præsenti, qui non rite, libello respondit, idque in rem judicatam transit, denuò vocandus est reus, ut eidem satisficiat, indulgendumque ipsi in citatione, spaciun Termini Saxonici, 6. Sept. & 3. dierum. Appellat. Pat. d. A. 1670. S. anlangend. Diff. Proc. IV. ad T. IV. O. P. S. §. 8. atque in Termino accusanda morosi contumacia, quo aduersus reum pronunciari possit. a. l. 13. §. 2. C. d. jud. BERL. P. I. Concl. 26. n. 24. verb. Septim. Dn. Riv. ad h. t. en. 23. & ipse e. g. pro confessu & convictu declarari ac condemnari. Quo casu dubitatum memini, an idem rigor exerce-

ri

DISP. VIII. TIT. XVI. De Litis CONTESTATIONE.

ri queat contra citatum sub comminatione, quod, in eventum ulterius contumaciae, lis pro affirmativa contestata debeat haberi. Quoniam verò diversis Jura Saxonica & Civilia hac in parte innituntur fundamentis, & illa omnes exceptiones, sub earum jactura, annexi volunt Litis Contestationi. O. P. S. t. II. §. es soll aber. 10. exceptiones simul periisse, cum lis agnoscitur pro affirmativa contestata, constat. NICOL. ad Proc. c. 37. n. 13. MARTIN. ad O. P. S. b. t. n. 142. seq. sed quia Jura Civilia exceptiones illas Lite Contestata etiam per intervallum objici probarique permittunt. l. 8. h. 9. C. d. except. vid. Disp. Proc. VII. ad T. II. O. P. S. §. 17. salvas nihilominus reo esse exceptiones, ipsumque ad earum deductionem admittendum esse, pron. Fac. Jur. Lips. Mens. Jan. A. 706. ad transmissionem Actorum D. W. G. 3. E. Non exiguam quoque contendendi ausam præbet Litis Contestatio, quæ injuncta est sub poena confessi & convicti, quoties partim legitimè partim illegitimè, aut plane non, eadem facta deprehenditur. Ubi distingvendum venit: cum enim libelli diversa sunt & separabilia capita, reus tantum intuitu puncti, in quo inutile vel nullam suscepit Litis Contestationem, pro confesso & convicto declaratur; at in reliquis capitulis probatio &c. imponitur, ne utile per inutile vitetur. c. 37. d. R. f. in 6. §. 2. I. d. donat. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 523. seq. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obf. 3. Dn. RIV. ad O. P. S. b. t. enunc. 12. verum quoties capita libelli non sunt diversa, aut separari vitiosa Litis Contestatio à legitima nequit, reus intuitu totius libelli pro confesso & convicto habetur; siquidem individua est talis litis contestatio, adeoque diverso jure censeri nequit. a. l. 23. ff. d. usurp. & usucap. & comminatio generalis est, ac formæ præscriptæ haud satis factum, Propterea que totus iste actus corruvit. a. l. 8. §. 17. ff. d. transact. ita pron. Fac. Jur. Lips. Mens. Octobr. A. 700. nec non Mens. Jun. A. 701. Dn. RIV. ad O. P. S. b. t. en. II. Dn. SWEND. c. l. interim ea adhibenda est moderatio judicanti, ut vitium circa puncta incidentia libelli potius prætereat, quam eo intuitu rigorem exerceat. a. l. 14. §. 1. ff. ut leg. vel siveit. serv. cauf. cav. hinc super Litis Contestatione obscure in punctis incidentibus facta sic pronunciare, & reo iurandi necessitatem imponere, haud dubitavit Fac. Jur. Lips. Mens.

debeat pro affirmativa
contestata, efficit, ut
pereant Exceptiones
peremotorie.
Jur. Sax. Eb.

non Cibili.

*Quando partim illegiti-
time, aut plane non, fa-
ctum, haec Litis Contestatio,
si capita libelli sunt di-
versa & separabilia,
pro parte habetur reus
pro confesso & convicto.*

alias in solidum.

*non tamen quando si-
tum saltem incidentia
puncta concernit.*

Jul.



PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

aut circumstantie potius iterari comminationem cum condemnationem in expensis jubent.

arbitrariae simul penae dictatio facile pretermittitur.

Defectus Litis Contest. ex Officio Judicis attendi sunt.

Jul. 704. imò nonnunquam probabilis, circa litis contestationis via, contentio, aut similis æquitas, ad mitiorem sententiam invitat, quà reus judicato, sub comminatione priori, rectius satisfacere jubetur, cum condemnatione in expensas. a.c. 15. d. R. J. in 6. I. 155 §. f. ff. d. R. J. ceu visum d. Fac. Jur. Mens. Mart. A. 704. conf. Dn. BERG. ad h. t. Obs. 3. inf. Ultra istam in expensas condemnationem o. P. S. §. UN. vult contumacem arbitraria pena affici. verb. in eine wilde führliche Straffe / sed ab illius dictatione facile sibi temperare solere Judices monet CARPZ. L. 3. Resp. 33. n. 23. PHIL. ad O. P. S. b. t. conf. 1. n. 1. seqq. & experientia corroborat.

XI. Cæterum *Judex ex Officio, ad prescindendas ambages, que postea, in Disputatione meritorum, super Litis Contestatione enasci possent, ejusdem defectus supplere jubetur, licet illos pars litigans haud attenderit, neque contra Litis Contestationem exceperit.* O. P. S. b. t. §. UN. a. l. un. C. ut qua def. adv. part. Dn. RIV. ad O. P. S. en. II. id quod in viridi est observantia. Hoc loco Dn. MART. ad h. t. n. 98. §. un. lectionem emendat, & pro: von Beßlagten substituit Klägern/ non improbabili ratione, nisi constantem hujus §. un. lectionem explicazione adjuvare velis, siquidem nonnunquam ultrò rei attendunt id, quod circa Litis Contestationem moneri meretur, idque excusare conantur, neque tamen corrigunt vitium Litis Contestationis. De effectu Litis Contestationum conferatur Dn. MARTIN ad h. t. n. 152. seqq. UMM. ad Proc. Disp. 12. n. 20. seq.

ORDIN. PROC. SAX. ELECT.

TIT. XVII.

Von der Reassumption des Processus.

I.

Reassumption litis describitur.

Inchoata lite ejusdem Reassumption certis casibus est necessaria, id quod indagari Ordinis exigit ratio. *Dicitur autem Reassumption litis actus, fori usu introductus, quo litigantis mortui hæredes, aut superstites etiam singulares successores, ipso jure in se non transeuntem*

Pro-

DISP. VIII. TIT. XVII. Von der REASSUMPTION DES PROCESSUS.

Processum, in eo statu, in quo relietus est, continuandum suscipiunt.
v. O. P. S. T. XVII. §. UN. conf. Per Illustr. Dn. BORN. Disp. Proc. II.
tb. 1. *Dividitur in Veram & Fictam.* Vera est, qua verbis expressis ab
hærede aut singulari successore fit litis reassumtio. Ficta est, quæ in Dividitur in Veram.
contumaciam ejus, qui reassumtionem litis facere debuerat, inter-
cessisse fingitur; veluti, accidente decreto vel sententia rei judicatae
vires nanciscente: daß wegen N. der Proces nūmehr pro reassum-
to billig gehalten wird. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 769.

& Fictam.

II. Originem Litis Reassumptionis ex Iusu Fori deducimus, quia Reassumtio litis rece-
ptæ a Iusu Fori.
Jure Civilis hæres defuncti personam repræsentant. N. 48. &c in omne
onus ac emolumentum succedit. l. 59. l. 62. ff. d. R. J. j. l. 2. §. 2. ff. d. V.
O. lites etiam in hæredes aëtoris & rei transeunt, citra necessitatem
reassumendi eas. a. l. 58. ff. d. O. & A. l. 78. §. 15. ff. ad SCt. Trebell. l. 33.
ff. d. Fidejuss. l. 19. ff. d. judic. l. 34. ff. cod. l. 37. ff. d. acquir. vel om. her.
idemque in singulari successore ex causa necessaria attenditur. l. 47. Jure Civili eque neces-
saria non est.
ff. fam. herc. l. 29. ff. d. oper. lib. l. 156. §. 3 ff. d. R. J. j. l. 4. ff. commun.
divid. ZIEGL. ad aur. Prax. Calvol. Prelud. d. instant. in Genere. num. 24.
MAURIT. d. Citat. ad reassumt. tb. 5. 6. 7. FELIN. ad c. II. X. d. judic. n. 2.
seq. CARPZ. l. 3. Resp. 24. n. 1. seq. conf. MYNSING. cent. 1. Obs. 85. GAIL.
l. 1. Obs. 109. n. 5. seq. CARPZ. d. l. n. 5. seq. Itaque Ord. Proc. Sax. §. UN.
confvetudinis illius, in multis locis receptæ, rationem habens post
mortem litigantis, hæredem Procesum expresse jubet reassumere.
d. §. idemque R. J. d. A. 1600. §. nachdem. 73. corroborat. MAURIT.
de citat. ad reassumt. tb. 19. at Jure Novo secundum R. J. d. A. 1654. §.
99. & Mand. El. d. A. 1655. §. befchlen. quoties mandatum, ceu fieri debet,
ad hæredes mandantis directum. conf. Disp. V. ad O. P. S. T. 7. §. 3. est
coram Aëtis insinuatum, deficit necessitas reassumendæ litis. Dn.
SWEND. ad Fib. Proc. p. 762. & saltem mandatarius, ex tempore noti-
tie de Principalis morte, Jure Imperii intra tres Menses. d. §. 99. BLUM.
Proc. Cam. t. 67. §. 13. Jure Sax. El. intra Terminum Saxonicum d. Mand.
El. mortem sui Principalis significare, hæredumque nomina in judi-
cio exprimere jubetur, ita ut ante eam nominationem sententia in-
terlocutoriæ ac definitivæ in personam Procuratoris ferantur. dd. §§.

nec Jure Noso, quando
Mandatum est ad He-
redes mandantis dire-
ctum.

ubi Jure Imp. intra 3.
Mens.
Sax. El. intra term Sax.
hæredū defuncti nomi-
na sunt exprimenda.

E

Ref.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

preterea Nos. Mand.
aut ratib. ad Acta re-
ferri debet.
alias hoc injungitur.

S contumax in expen-
sas, pro renata, conde-
mnatur.

continuandus est et
iam Proc. currente spa-
cio deliberandi, impen-
sis hereditatis.

Q. An Mandatario post
mortem Principalis, qui
mandatum pro hære-
ditatis dedit, eidem renun-
ciare liceat.

Ref. Gr. d. A. 1657. gr. 19. C.S. p. 1032. & Mandantis hæredibus integrum quidem sit alium constituere Procuratorem. a. l. f. ff. d. solut. d.R. I. §. 100. attamen is, qui in judicio progredi vult, tanquam Procurator, Novum Mandatum, aut sufficientem ratihabitionem, ad Acta referre teneatur, quod si facere neglexerit, idem ipsi per sententiam injungitur. v. g. auf Vorbringen und erfolgte Gesetze in Inhibition-Sachen D. B. als gewesenen Gevollmächtigten des verstorbenen H. F. F. von B. an einem/Anwalden/H. L. andern Theils E. W. dass Daniel Bernstein des verstorbenen F. v. B. Erben zu benennen / und sich derer halber gehöhrend zu legitimiren schuldig/ es wird auch denselben der gebetene Aufstand/bis aufs nechstkünftigen Ober: Hof: Gerichts-Termin, billich mitgetheilet/ & si iste sit contumax, urgentibus circumstantiis in expensas condemnatur. e. g. Dass Bekl. vor allen Dingen mit Abschaffung gnugamer Legitimation unserm jüngst gesprochenen Urtheil folge zu leisten/ auch die Unkosten dieses Termins/ so hiemit auf 5. fl. 14. gr. 3. Pf. gemäßigt werden/ Kl. zu erstatten schuldig. Imo Procurator, dum excipit de nondum elapso hæredum deliberandi spacio, à necessaria continuazione Processus se non eximit, verum nomine hæredum in lite progreditur, salva ipsis hereditati legitimè renunciandi licentia. Ref. Gr. d. A. 1657. gr. 20. de quo spacio deliberandi ad quadrantem Anni restringendo novissime consultatum est, vid. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. obs. 2. not. 1. interim Processus continuatio fit impenisis hereditariis. a. l. 10. ff. d. R. J. j. R. I. d. A. 1654. §. 100. id. d. Obs. not. 3.

III. Hoc loco non inconvenienter examinabitur Quæstio: ^{A 18} Mandatario, qui Mandato ad hæredes Mandantis directo instructus est, eidem post facta Mandantis, maximè intra tempus, quo nomina hæredum exprimenda sunt, item durante spacio deliberandi, renunciare permisum sit. Equidem R.I.d.A. 1654. §. 99. mandatarium hunc jubent usque ad conclusionem in causa procedere, interim sententias in personam mandatarii dirigere, eumque hæredes principalis nominare, idemque Mand. El. d. A. 1655. §. befehlen. complectitur. Ref. Gr. d. A. 1657. gr. 20. autem, durante spacio deliberandi, mandatarium

coz-

Disp. VIII. Tit. XVII. Von der REASSUMPTION DES PROCESSES.

coepitam item continuare heredumque nomine, quicquid ratio Processus exigit, perficere imperat; nihilominus *dd. textus* saltem officium Procuratoris regulariter observandum definiunt, deficitque lex Mandatario simpliciter facultatem renunciandi Mandato denegans. *a. l. 8. §. f. l. 17. ff. d. Procur.* Principalis defuncti hereditibus mutare Procuratorem licet. *d. R. I. A. 1654. §. 100.* adeoque nec hic prohibendus est renunciare mandato. *a. §. 9. II. I. d. mand. l. 25. ff. d. procur.* præterea justæ queunt intercedere cause, cur non possit amplius Procurator suo munere fungi, veluti ob dignitatem supervenientem aut interesse proprium. &c. *d. l. 8. §. f. j. l. 14. §. 1. C. d. judic.* Itaque, adversario, cuius interest, consentiente, ex justa ratione, suscep-
ptam renunciationem Procuratori indulgebimus. *a. l. 15. ff. d. Proc. l.*
29. C. d. pac. BLUM. Proc. Cam. t. 67. §. 16. conf UMM. *ad Proc. D. 3. n.*
46. MYNS. cent. 2. O. 84. repugnante adversario causam renunciatio-
nis arbitrio judicis examinandam relinquemus. *a. l. 8. §. f. ff. d. proc.*
l. 13. ff. eod. conf. CARPZ. dec. 246. n. 15. seq. quia autem, vi renuncia-
tionis validæ, Mandatarius defuncti tunc amplius haud existere cen-
setur, litis reassumtione opus erit. *a. l. 23. C. d. Procur. R. I. d. A. 1600. §.*
67. 73. BLUM. c. l. MAURIT. de Citat. ad reassum. th. 25. 29. Per-Illustr.
Dn. BORN. *Disp. II. ad Univers. Jus Judiciar. Comm. & Sax. tb. 1. lit. a.*
RULAND. *de Commiss. Part. 1. lib. 2. c. 5. n. 4.* sed, quoniam apud nos
dominii litis hic effectus non attenditur, litis reassumtio haud erit
necessaria; potius Principalis in Procuratoris renunciantis locum,
alium constituet. *CARPZ. l. 3. Resp. 24. n. 36. seqq.* ANT. FABER in *C. l.*
2. t. 6. d. 4. n. 8.

Resp. aff. ex justa causa.
la.

& tum Reassumtio litis
necessaria est secundum
rationem Juris Com-
muni, non usum Saxo-
nicie.

IV. Obtinet Reassumtio litis ante & post item contestatam, *Lis reassumi potest ante*
modò unicus terminus vivo auctore vel reo præterierit: tum enim
coepit instantia, adeoque reassumi Procesus potest *te & post item conte-*
stamat.
Pign. act. l. 73. §. 2. ff. d. judic. O. P. S. T. XVII. §. UN. CARPZOV. *l. 3.*
Resp. 24. n. 16. seq. verum post item contestatam, quando ad definitivam lententiam conclusum est, cessat litis reassumtio Jure Came-
rali. *R. I. d. A. 1600. §. 73. it. d. A. 1654. §. 99. verb.* vor Beschließung der *etiam post conclusionem*
Sachsen. Per-Illustr. Dn. BORN. *Disp. II. ad Univers. Jus Judiciar.* *ad DefinitiBam Jure,*
non Camer. sed Saxonico.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

Comm. & Sax. th. 1. lit. d. MAURIT. d. citat. ad reassum. tb. 19. 20. at non Saxonico. a. O. P. S. T. XVII. §. UN. j. l. 8. ff. d. publ. in rem. act. I. 59. §. f. ff. d. re jud. clem. sepe. d. V. S. verb. sententiam. CARPZ. l. 3. Reff. 24. n. 28. seq. BERL. P. 1. Concl. 27. n. 8. quo reassumatio usurpatur etiam in Processu, qui ad Executionem perductus est: nam licet, posteaquam sententia definitiva in rem judicatam transiit, lis decisâ esse censeatur. a. l. 25. ff. d. stat. bom. c. 1. d. lit. cont. in 6. attamen ad perfectam usque executionem Processus perseverat. a. d. t. 17. §. un. Dec. El. 12. & exceptiones in continent liquidæ admittuntur, de quibus cognoscendum est. O. P. S. T. 39. §. wenn es aber. Dec. El. 2. ac proinde etiam litis reassumatio usu suo haud destituetur. CARPZ. Dec. 244. id. Proc. t. 6. art. 4. n. 30. seq. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 7. MAURIT. d. citat. ad reassum. tb. 21. conf. BERL. P. 1. Concl. 27. n. 24. MARTIN. ad O. P. S. b. t. n. 20.

V. Quamvis autem R. I. d. A. 1654. §. 99. it. Mand. El. d. A. 1655. injunctâ Mandatis hæredes mandantis iascerendi necessitate, ambages ex litis reassumtione metuendas quodammodo rescuerint: multi tamen casus adhuc emergunt, in quibus litis reassumtio locum sibi vindicit.

Veluti quando (1.) Principales Personæ in judicio litigarunt & vita excesserunt, adeoque Procurator constitutus non est, sicuti pron. in Fac. Jur. Lips. Mens. Octobr. 706. Mart. 707. Per Illustr. Dn. BÖRN. Disp. II. ad Univers. Jus Judiciar. Comm. & Sax. th. 1. lit. b. MAURIT. de Citat. ad reassum. th. 23. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 6. mandatumve Procuratoris, ante Principalis mortem, ab ipso, expressè aut tacitè est revocatum: nam judicium amplius per Procuratorem &c. non agitur. a. l. 17. l. 25. ff. d. procur. c. 8. d. Proc. in 6. id. enunc. 7. (2.) Procurator de facto admissus est cum mandato, in quo hæredum non facta mentio. a. d. R. I. MAURIT. d. l. th. 23. 26. Dn. RIVIN. b. t. en. 5. & tale quidem Mandatum hæredum Clausula: Vor mich und meine Erben / destitutum etiam post d. R. I. in Judicio Aulico admitti, monet MAURIT. d. Dissert. th. 11. (3.) Curator mulieris, minoris, absensis, furiosi &c. vel Tutor pupilli inquit, Actorium solus concessit, atque is vita functus est: tum enim finito officio lis in mulierem, mino-

Reassumtio locum habet
quando (1.) Principa-
les ipsi comparuerunt
& deceperunt.

(2.) Procur. cum Man-
dat. claus. heredum de-
stituto admissus est, &
vita functus.

(3.) Curator aut Tutor
solus Actorium dedit &
mortuus est.

rem

Disp. VIII. Tit. XVII. Von der REASSUMPTION DES PROCESSES.

rem, pupillum transfertur. l. 26. C. d. admin. tut. at non ipso jure, si quidem in Actorium haud consensit, & item propterea reassumere tenetur. Per-Illestr. Dn. BORN. d. Disp. II. tb. 1. st. h. n. 4. Dn. RIV. ad b. t. en. 8. conf. Disp. Proc. VI. ad T. 8. O. P. S. §. 6. (4.) Quasi Procurator cum cautione rati causam tractavit in judicio & mortuus est. a. l. 35. ff. l. 21. C. d. Procur. ita post mortem Generi, qui Socrum defende- rat, cum haec quoque vitam finivisset, illius haeredes ad reassumti- onem litis citari jussit Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Reminiscere A. 1694 &, cum filius Patrem sic defendisset, Pater vero vivis excessisset, extincto jure defendendi Patris haeredes reassumere Processum, ac desuper pronunciatum in Fac. Jur. Lips. Mens. April. A. 705. (5.) in singularēm successorem lis transit: nam in eum instantia ipso Jure haud transmittitur, etiam Jure Civili. l. 57. ff. d. Re vind. l. 57. ff. d. har. pet. l. 36. ff. ad Sct. Trebell. nisi actio ex causa necessaria transferatur. l. 47. ff. fam. herc. l. 29. ff. d. oper. libert. BARTOL. ad l. 33. ff. d. fidejus. n. 4. CASP. KLOCK. V. 2. Conf. 39. n. 46. seq. BERL. Dec. 215. n. 5. Proinde succedens tanquam simultaneè investitus, ratione Juriis feudo inhærentis mota controversia, ad reassumendam item est obligatus. a. II. F. 45. sicuti judicatum in Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Rem. A. 1696. nec non in Successore in Officio, ut Quæstore, pron. in S. C. P. L. Term. Rem. A. 1689. conf. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 1. not. 2. item in emtore, Dn. Riv. ad b. t. enunc. 10. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 378.

VI. Sed quoniam litium reassumtiones noxiis protractionibus Deficit reassumendi ne- earum haud raro præbent ansam, restrictionem non extensionem cessitas mutato Tutori, merentur. a. c. 15. d. R. J. in 6. CARPOV. l. 3. Resp. 24. num. 6. hinc de eadem in Successoribus Universalibus & singularibus, causam à defuncto habentibus, abroganda actum est. Dn. BERGER. ad b. t. in O. P. S. recognita & Obs. 1. Itaque quoties persona litigans non mutatur, sed accessoria, veluti Tutor pupilli Curatorve minoris, bonorum, absensis, moritur communaturve, principali in lite perse- verante, cessat reassumtionis necessitas. a. O. P. S. T. XVII. §. UN. verb. nach Absterben eines oder des andern Parts. it. R. I. d. A. 1654. §. 99. verb. ein oder ander Thil von den stritenden Partheyen mit Tode ab- gehet. CARPZ. dec. 36. nec non minore majore facto, siquidem perso- minore majore facta.

& Saxonico.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

in Universitate.

Reassumtio Processus
hieri debet (1) expresse
& oretenus.

quem in finem citatio
emittitur.

illius impetratio injun-
heredem, cessionarium ex emto, ad reassumendum citari curare tene-
gitur non nunquam ex
officio.

Citatus ad reassum. &
contumax citatur sub
præj.

tandemque Processus
pro reassumto declara-
tur.

næ saltem qualitas alia esse incipit. a. l. i. ff. d. minor. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 381. p. 766. De Procuratore mutato dictum th. 3. Uni- versitas autem etiam in una persona conservatur. l. 7. §. f. ff. quod cui. univers. & per membra, in deficientium locum suffecta, eadem esse censetur. l. 76. ff. d. judic. BERL. Dec. 214. adeoque litis reassumtione, licet major pars universitatis vitam cum morte commutaverit, opus non est. Per-illustr. Dn. BORN. ad Univers. Jus. Judic. Comm. & Sax. tb. 1. lit. d. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 767. nisi forte alicubi in- valuerit sententia CARPOVII P. 1. C. El. 19. d. 10. qua, post mortem majoris partis ex universitate, novum Syndicatus instrumentum, adeoque etiam reassumtionem Processus, exigit.

VII. Quodsi Formam Reassumendi Processus spectes, Reas- sumtio ista facienda est (1) verbis expressis. b. T.O.P. S. verb. ausdrücklich & Oretenus. a. O.P. S. t. 29. von Mund aus in die Feder/non in scriptis. Dn. RIV. ad h. t. en. 14. quem in finem vel suscepturnus Reassumtionem impetrare Citationem, ad videndum reassumi, vel adversarius e. g. illius impetratio injun- heredem, cessionarium ex emto, ad reassumendum citari curare tene- tur. O.P. S. T. XVII. §. UN. aut per modum exceptionis, nondum factam litis reassumtionem eidem objicit urgetque. Dn. PHIL. Dis- sert. de Reassumt. lit. c. 2. tb. 2. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 378. p. 760. imò ipse Judge ex Officio, promovenda litis ergo. a. l. 13. C. d. judic. parti imponere potest necessitatem desiderandi citatio- nem ad reassumtionem. a. l. un. C. ut que def. adv. part. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 379. ceu contigit in Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Rem. A. 94. in C. Fr. A. C. v. L. :: J. v. B. cum emanisset actrix & ac- cusata esset illius contumacia: Dass Bekl. suchen noch zur Zeit nicht stat hat / sondern er ist vor allen Dingen Kl. Erben zur reassumtion des Processes gebührend vorladen zu lassen schuldig/ worauf also dann ferner ergehet was recht ist. Quoties contumax est citatus ad reassumendum, & habuit 3. hebd. tempus, injungi potest reassumtio sub præjudicio: Mit der ausdrücklichen Verwarnung / dass/ in Verblei- bung dessen / lis pro reassumta gehalten werden solle / atque ista sen- tencia interlocutoria simul alii actus judicarii. e. g. litis contestatio, impe-

Disp. VIII. Tit. XVII. Von der REASSUMPTION des PROCESSES.

imperari queunt, maturandi Processus gratia. CARPZ. P. I. C. El.
n. d. 17. verum si, induito postea Termino Saxonico in citatione
ad reassumendum, reassumto per contumaciam subsecuta non sit. a.
Appell. Pat. d. A. 1670. §. anlangende. Dn. Riv. ad b. t. en. 15. eo
nomine pronunciatur, ut &c., intuitu reliqui Processus, id quod
ejus natura exposcit. e. g. daß Kl. sich nummehr zur Nothdurft le-
gitimiert / auch der Proces pro reassumto billig gehalten wird/ und
ist derselbe vor allen Dingen dem in Actis prima instantia sub h. f.
127. besindlichem Urtheil Folge zu leisten schuldig/ worauf also dann
fernher ergehet/was recht ist. (2) rite, & absque conditione aut appen-
dicula insolita. v. g. N. nachgelassener Erbe erscheinet und will/ der
citation zu Folge/ den von seinen Vorfahren angefangenen Pro-
ces in dem Stande/ darinnen solcher sich befindet/ hiemit reassumi-
ret/ und die reassumtion zu rechtlichem Erfntnuß gestellet haben.
Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 768. (3) ab ipso Principali ejusve Man-
datorio, mandato speciali, ad reassumtionem, instructo. a. l. 25.
§. 5. ff. d. acqu. vel om. ber. CARPZ. Dec. 29. etiamsi causa, in qua
facienda est reassumto, & defuncti, in mandato non sit facta
mentio. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 765. nihilominus, uti reliqua
gravis momenti negotia, ita etiam reassumtionem perficere potest
Curator litis, continuando nominis exactionem à debitore solven-
do non existente coptam. a. l. 17. §. 2. ff. d. jurej. l. 2. §. 1. ff. d. cur. bon.
dand. ceupron. Fac. Jur. Lips. Mens. Febr. 706. Super hoc autem pas-
su, an sufficiens sit suscepta Processus reassumto, nec ne, interlo-
cutoria ferenda est Sententia. O. P. S. T. XVII. §. UN. & quidem pro-
nunciatur reassumtione facta legitimè: *Dass Bekl. den Proces zur*
Nothdurft reassumiret/ illegitimè: Dass Kl. den Proces anderer
Gestalt/ denn geschehen/ zu reassumiren schuldig. Dn. SWEND. ad
Fib. Proc. p. 768. adjecta, pro re nata, comminatione, de qua supra
dictum est.

VIII. Efficit ista litis Reassumto consummata, ut adversus *Litis Reassumto trans-*
illum, qui eandem fecit, procedi ulterius possit, adeoque poenae fert in reassumentem
contumacia, velutisi deserta sit probatio aut reprobatio, locum in-
veni-

(2) rite
(3) à Principal. vel
Mand. spec. mand. in-
struто.

Super Reassumto, an
rite facta sit, pronun-
candum.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

veniant. Dn. RIV. ad b. t. en. 16. 17. siquidem agnitus est Processus in eo, in quo hæret, statu; proinde expensis, in quas condemnatus est antecessor, refundendis se subducere nequit, sicuti pron. *Supr. Cur. Prov. Lips.* Term. Rem. A. 1697. & emolumentis ex lite fluentibus fruatur. a. l. 33. ff. d. fidejuss. l. 47. ff. fam. herc. j. l. 10. ff. d. R. J.

non tamen latens igno-
ratumque Suum pur-
gat
nec unius illegitima re-
assumto facultatem su-
per alterius legitimam
reassumptione pronunci-
andi adimit.

l. 156. §. 3. ff. eod. Interim latentia & ignorata Processus vitia. e.g. nullitatis, purgata esse haud censentur. a. l. 24. C. d. Procur. Dn. RIV. ad b. t. enunc. 18. nec illegitima unius consortis reassumto impedit, quo minus super ea, quæ convenienter ab altero consorte facta est, pronunciari queat. v. g. *Dass Beck Alawald zur reassumption des Proces-*

ses, seine Person / durch Vorlegung eines sonderbahren hiezu ertheil-
ten Mandats / zu legitimiren schuldig / Mitbefl. aber hat den Proces
zur Notdurft reassumpt / Singuli enim sunt ad reassumtionem ri-
tè faciendam obligati, & singulis suum factum aut mora prodest
vel nocet. a. l. 173. §. 2. ff. d. V. O. quod etiam in pluribus heredibus
ad reassumendum obligatis attendi potest. a. l. 1. C. d. confort. ejusd.
lit. Dn. SWEND. ad Fb. Proc. p. 160. j. BERL. P. I. Concl. 27. n. 16. nihil-

consortis tamen reassumto dilationi indul-
genda alteri consorti
ansam prebet.

minus reassumto consortis in Appellatione, probatione &c. ju-
stam præbet alteri consorti dilationem petendi occasionem, ne gra-
ve detrimentum, per separationem in Processu factam, consorti
inferatur. a. l. 47. ff. fam. herc. l. 10. §. f. ff. d. Appellat. j. l. 10. ff. quem-
adm. serv. am. BERL. P. I. Concl. 27. n. 31. j. dec. 263. imò Actoris hære-
des, si malint ab actione desistere & reo ratione expensarum &
interesse satisfacere, hoc modo se liti & necessitati Processum continu-
andi, pro re nata, subducere poterunt. a. l. 79. ff. d. jud. l. un. C. ut
nem. invit. ag. c. 1. d. dol. & contum. in 6. conf. Dn. BERG. ad b. t. Obs.

evidemque singulares not. 3. & Disp. nostra Proc. VI. ad T. 10. O. P. S. §. 4. 8. quodsi verò sin-
gularis successor: ut emtor prædii, v. g. jus venandi in alieno solo,
quod antecessor sibi vindicatum ivit, prætendere nolit, ab ipsa Pro-
cessum reassumendi necessitate immunis erit, quia factum antecesso-
ris præstare haud tenetur. a. l. 9. C. locat. & invitus isti liti non im-

miscetur. l. un. C. ut nem. invit. ag. l. 69. ff. d. R. J.


S. D. G.

Leipzig, Diss., 1707

ULB Halle
005 395 437

3





TRACTATIONIS SYNOPTICÆ *XXIV.*
PROCESSUS *1803/14*
JURIS COMMUNIS
ET IN PRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS
DISPUTATIO OCTAVA,
Q V A M
I N D U L T U
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
I N
ACADEMIA LIPSIENSIS
SUB PRÆSIDIO
D N. D. LÜDERI MENCKENII,
PROF. INSTITUT. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ PRO-
VINC. ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,
NEC NON ACADEMIÆ h. t. RECTORIS,
PATRONI AT QVE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONO-
RIS CULTU ÆTATEM DEVENERANDI,
IN AUDITORIO JCTORUM
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTET
JOHANNES CHRISTOPH. Föher /
Lipf.

AD D. XIV. JUL. A. M DCC VII.

L I P S I A E.
Typis IMMANUELIS TITII.

M. Feller.